




Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

19,-167 DA Box
4°
(LN bis 207)

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Henrik Rantzaus våben i pladetryk på bindet

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Dem Hochwürdigsten, Durchlauchtigen, Hochgebor-
nen Fürsten und Herrn, Herrn Johan Adolffen,
Postulierten und erwehlten zur Erz und Bischoffen
der Stiffte Bremen und Lübeck, Erben zu Nor-
wegen, Herzogen zu Schleswig, Holstein,
Stormarn und der Dithmarschen, Graffen zu
Oldenburgk und Delmenhorst, Meinem gne-
digsten Herrn, zu bezeigung meiner unterthenig-
sten observantz, und dienstwilligsten gemuets,
verehret dis buch.

Anno Domini 1596.

Anno Ætatis 71.

Heinrich Rantzow
Hh
Vra

HENRICI RANZOVII PRODUCIS CIMBRICI

Diarium *ſive* Calendarium

ROMANUM, OECONOMICUM, ECCLESIASTICUM, ASTRONOMICUM,

& ferè perpetuum,

Ad dies veteris Juliani & novi Gregoriani anni accommodatum;

EX QUO FESTA SANCTORUM, NONAE, IDUS AC CALENDÆ Romanorum, menſium ſingulorum labores & actiones, ortus & occaſus Solis, cum vero illius loco, quantitas dierum & noctium, ac horarum Planetariarum, figuræ domorum cœleſtium ad aliquot Poli elevationes, & pleraq; vulgata opinione & obſervatione celebria quorundam rei Medicæ ac Ruſticæ documenta, abſq; operoſa aliqua computatione deſumi poſſunt.

OPUS ASTRONOMIS, MEDICIS, PATRIbusfamilias, Militibus, Viatoribus utiliſſimum.

Tertia editio multó auctior & emendatior, cum indice locupletiſsimo.

HAMBURGI
Imprimebat Erneſtus Jandechius.
A. C. CIƆ IƆ XCIV.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Effigies HENRICI RANZOVII Togati.



B.R.H.

Anno Domini, 1594. Ætatis ſuæ Anno LXIX.

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

ALIUD IN EFFIGIEM HENRICI RANZOVII Producis Cimb.

HEnrici facies ſtructuraq́ Corporis hæc eſt,
Cui genus ex atavis nobile Ranzoviis.
Virtus ingenioſa Viri, & prudentia velox
Ex oculis multâ cum gravitate micat.

Aliud Joannis Heurnij Medici Leidenſ.

QUæ facies? Ranzovv; poterit quis pingere mentem?
Quale ſit ingenium, tot monumenta docent.

Aliud Bartholomæi Gryphii.

ARtificis vultus expreſſit dextera vivos
Ranzovii, tibi quos ſculpta tabella refert.
At bona, quæ latitant animi meliora caducis
Pingere non potuit, nec fuit artis opus.

Aliud Joannis Lauterbachii.

SIquis Ranzovium non vidit, habetq́ togatam
Ante oculos, pictor quam dedit, effigiem:
Virtutum columen dicet, pietatis Aſylon,
Heroum famam, Pieridumq́ decus;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Pectoris optabit fruſtrà ſpectare feneſtram,
Quis, qualis ve ſuo totus ab ore patet.
Non opus eſt hederam ſuavi præponere vino;
Naturam virtus, ingeniumq́ue docent.

IN HENRICUM RANZOVIUM PRODUCEM CIMBRICUM, Henricus Meibomius, Acad. Juliæ Profeſſor.

NObilitate potens, propriâ & virtute decorus
Scipio ſive fuit, Scævola ſive fuit:
Ranzovius Cimber nullius cedit honori,
Scipio ſive tuo, Scævola ſive tuo.

Aliud ejuſdem.

Aſtrologum, Medicum, Hiſtoricum, ſummumq́ue Pöetā
Nomine vis uno dicere? Ranzovius.

Aliud Philippi Gallæi,

RAnzoviæ cui non eſt cognita gloria gentis?
HENRICI *cui non gloria* RANZOVII?
Qui genus antiquum varijs virtutibus ornat
Vates, & Medicus, Miles & Aſtrologus.

Aliud Petri Lindebergij.

HOlſatûm decus, & Produx RANZOVIUS *Heros*
Ingenio dubium eſt, divitiiſvé prior.

Holſa-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Holſatûm decus, & Produx RANZOVIVS *Heros*
Divitiis potis eſt, & potis ingenio;
Et pariter, quamvis noſtro ſit tempore rarum,
Eſt Medicus, Vates, Aſtrologuſq; & Eques.
Non igitur mirum, quod plurima ſcripta relinquat;
Arte, ſagoq; valet, Marte, togaq; viget.

Tetraſtichon Encomiaſticum de Nobili Ranzoviorum familia.

GLoria numne artes potior comitetur an arma,
Judicibus dubiis lis agitata fuit:
Pallas at hanc in Ranzoviâ modò gente diremit,
Artibus atq; armis par decus eſſe docens.

Vel ſic:

ARtes num laudem mereantur an arma priorem,
Certatum variis audio judiciis:
Quæ nunc compoſuit Ranzoâ in gente Minerva,
Dimiſsiq; pares Actor & ipſe Reus.

Symbolum

HENRICI RANZOVII

Dies mortis, æternæ vitæ natalis eſt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Petrus Lindenbergius.

Mors, quæ corporeæ eſt hujus deſtructio maſſæ,
Janua ea eſt vitæ principiumq́ novæ.

Aliud.

Lux ea mortalis, quæ dicitur ultima, vitæ,
Rurſum natalis ducitur eſſe novæ.

Aliud.

Summa dies Mortis vitæ natalis habetur
Æternæ; ſi vis vivere, diſce mori.

Aliud.

Tranſitus è vivis vitæ cæleſtis origo eſt,
Qui Chriſto didicit vivere, vivit homo.

Des Zeitlichen Lebens außgang/
Iſt des Ewigen ein anfang.

Pingitur illud per Cranium hominis demortui, ſpicis tritici ex eo naſcentibus, ſuperadſtante Clepſydrâ penè exinanita: cui ipſi deniq; ſuperimpoſitum eſt candelabrum cum cereo, qui brevi deficere videtur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

DE EODEM EPIGRAMMA JOHANNIS LAUTERBACHII P. C.

RAnzovidum decus, Holſaticas, HENRICE, per oras
Imperium Dani qui vice Regis obis.
Enaſcens cranio ſeges, hora, nitensq́; lucerna,
Indicium vitæ, mortis & omen habent.
Æternæ vitæ natalis funeris hora,
Si dux eſt verbum corde lucerna DEI.
Non moritur; vitam, moriens baptiſmate lotus,
Qui pendet verbo mente fideq́;, ſubit.
Hæc tua dum pietas animo tibi ſuggerit, Heros,
Hac precor ut felix ſis pietate tuâ.
Eſt verè felix, qui magnos inter honores
Hoſpitij & patriæ vivit in orbe memor.
Hoſpitium tellus eſt, cælum patria, præfert
Hoſpitio patriam Sanctus & aſtra ſuo.

Aliud Nicolai Reuſneri.

QVid cranii ſibi forma novi vult iſta? quid hora?
Quidq́; ſuper cranio vult nova nata ſeges?
Nempe DIES MORTIS VITÆ fit ORIGO perennis:
Qui moritur mundo, naſcitur ille Deo.
Scilicet hoc, HENRICE, placet tibi Symbolon, Heros
Inclyte: quod pietas ſuggerit ipſa tibi.

At

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

At tibi ſera dies mortis tamen accidat, opto,
Ut ſint virtuti tempora longa tuæ.
Et quacunq; Deus te ſponte beaverit horâ,
Æternæ vitæ ſit genitiva dies.

De eodem Αὐτοσχεδίασμα Jani Rottericij Eq. Sax.

QUI Chriſtum pleno ſpiramus pectore, & ore
Dicimus ad magnum carmina ſancta DEum:
Non morimur, quamvis mortem videamur obire,
Et tenebris oculos claudere perpetuis.
Sed cœleſti ortum mundanum vertimus ortu,
Vitaq; ab exequiis incipit ire nova.

Jambici Georgij Fabricij.

Ingreſſus in vitam fuit initium miſeriæ,
Et exitus è vitâ ſalutis janua.

Aliud Nicol. Reuſneri.

Mors hominem mortis, morbi pariterq; periclis
Subtrahit, & vitæ certa fit arrha novæ.

Aliud ejuſdem.

Mortis victor & es vitæ Dux, Chriſte Redemptor,
Per te Mors vitæ eſt janua certa piis.

Aliud

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Aliud Danielis Tuitemejeri.

Ex hac diſceſſus vitâ vitæ ſit origo
Æternæ, hac tecum da pie Chriſte frui.

Aliud ejuſdem.

Natalis vitæ æternæ eſt lux vltima mortis:
Quicunq; exoptas vivere, diſce mori.

Aliud Sal. Frencelij, ejuſdem ferè cum Symbolo HENRICI RANZOVII argumenti.

AScendo, vt rurſus deſcendam: adoleſco, ſeneſcam:
Floreo, vt areſcam: vivo, brevi ut moriar:
Sed rurſum ut vivam, morior: mirabilis ordo:
Vita mihi Mors eſt; Mors mihi Vita nova eſt.

Votum ejuſdem, pro longa & incolumi vitâ Domini HENRICI RANZOVII Producis Cimb.

HENRICVS vivat RANZOVIVS, exigat ævum
Neſtoris: ut vivat, vivat amore Dei,

Aliud M. Georgii Lud: Frobenii.

Salve chare Deo, Muſis chariſsime ſalve,
Te longùm incolumem det ſupereſſe Deus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Aliud Joan. Schelii.

Ritè quidem extremæ, RANZOVI, *tu memor horæ*
Ædificas tumulos, ac monumenta paras.
Sed tibi dent Superi Tithonia vincere ſecla;
Ut patriæ longùm ſit faciasq́ bene.

IN COMMENDATIONEM OPERIS

NATHANIS CHYTRÆI Epigramma.

IUlius ut Cæſar vivus prænoſcere cœlum,
Nec voluit ſuperas hoſpes inire domos:
*H*ENRICVS *ſic* RANZOAE *laus inclyta gentis,*
Ad ſuperos vivus jam ſibi munit iter:
Sidera dum cœliq́ vias obſervat, & annum
Diſtinguit metis, limitibusq́ ſuis.

Ac-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Æreaq; inſtrumenta Poli tot format in uſus,
Queîs ſimile in veterum nil habuêre Scholis.
Sis felix, divine ſenex, & neſcius eſto
In vitâ vinci, poſt pia fata mori.

TETRASTICHON
MARTINI NIGRINI.

FOrtunate ſenex, ergò te clara manebunt
Aſtra: ea cum tantâ ſedulitate colas.
Sic paulò ante obitum depinxit Tullius orbes,
Sperabat quos poſt funus adire, poli.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

PRAEFATIO AD LECTOREM.

INSPICIENTIBUS NOBIS DEnuo, benevole Lector, Calendarium noſtrum, quod ante triennium in lucem prodiit, illud accidit, quod apud Græcos habet tritum vulgari ſermone proverbium: δευτέραι φροντίδες σοφώτεραι. Deprehendimus namq; in eo multa omiſſa, plurima manca, quæ diligenti correctione eſſent tum reſtituenda, tum nonnullis de integro additis, ut plenius eſſet, ſupplenda. Denuo igitur laborem iſtum aggreſsi ſumus, non ut in publicum exiret, ſed ut in meum meorumq; uſum intra Biliothecam noſtrã aſſervaretur. Precibus tamen quorundam amicorum meorum, quibus honeſtè refragari non licebat, (quod hac noſtrâ operâ multorum commodis conſultum eſſe dicerent) adductus, ut publici juris fieret, permiſi. Quia verò rerum multiplicium varietate Diarium eſt refertum, ita ut uno intuitu, benevole Lector, omnia in eo contenta perluſtrare nequeas, operæprecium me facturum putavi, ſi in gratiam tuam obiter & (quod Græci dicunt)

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

cunt) ἐν παρόδῳ exponerem, quæ hîc prçcipuè exſpectanda forent.

Ac primùm quidem ſciendum eſt, totum hoc opuſculum in duo diſpeſci Calendaria, quorum utriq; tum præmiſſa, tum annexa ſunt capita nonnulla, quæ vſum eorum declarent.

Prius Calendarium eſt Eccleſiaſticum partim, partim etiã Oeconomicum. Præter feſta enim immobilia Divorum, quorum memoria prç cçteris à ſacroſanctâ Eccleſiâ celebrari ſolet, ſingulorum menſium dies vulgares, ac his reſpondentes Calendas, Nonas, Idus Romanorum, dierumque ac noctium quantitatem cum tempore ortus & occaſus Solis, & horis planetariis ad elevationem 50. ferè grad. recenſet. His addidimus ſingulorum menſium labores & actiones, ut arationis, ſationis, meſsis, vindemiæ, &c; ſumendorum item pharmacorum quorundam tempora; prædictiones inſuper vulgares de tempeſtatibus, de ſterilitate aut fçcunditate anni, de prçcipuorum animalium Venere fœtuq;, ac horum tempore &c: quorũ pleraq; metro ſunt incluſa, nõnulla liberâ oratione continentur. De quibus tamen poſtremis ſentire te velim, & ad cujuſq; loci morem, conſuetudinem

ac naturam reſpiciendum: & ad dies aliquot tum proximè præcedentes tempus huiuſmodi, Prognoſticis inſignitũ, tũ quoq; ſequentes ea reſerẽda eſſe.

Huic Calendario ſubjunximus tabulas nonnullas, ex quibus præcipua, quæ ad Computum Eccleſiaſticum pertinent, quò ad veterem & novam anni rationem; ut Cyclus Solaris, Indictio, Litera Dominicalis, tempus Paſchatis, feſta mobilia, quantitas dierum ac noctium, ad 16. diverſas Poli altitudines, facilimè numerari poſſunt: & ſi quæ ſunt alia patribusfamilias, medicis, aliiſq; ſcitu non tam jucunda quàm penè neceſſaria.

Alterum Calendarium eſt Aſtronomicum præcipuè, duodecim ſimiliter, anni tum Juliani, tũ Gregoriani, menſibus inſerviens, quorum ſinguli peculiares tabulas binis pagellis comprehenſas ſunt ſortiti: Prior & quæ ad ſiniſtram eſt, monſtrat primum locum Solis ad integros gradus ἐν πλάτει ſingulis diebus aſſignatum, quantitatem item diei ac noctis, ortum Solis & occaſum, ac crepuſculum, ad ternos dies numerata. Deinde ſub denis ſignorum gradibus exhibet cardines domorum cœleſtium orientales, qualis horum ſit poſitus ſingulis diei cujuslibet horis tam diurnis quàm nocturnis ſub

Poli

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Poli Elevatione Cimbrica grad. 55. quorum ope, ad quodvis tempus oblatum, cœli figura utcunq; conſtrui poteſt. Verùm ut curioſus Aſtrologus haberet, unde quàm fieri queat exactiſsimè, cœli poſitum ſciret, nos quoq; hac in parte ipſi deeſſe noluimus. Quia tamen motus iſti ad annum ſolummodò 1593. à Chriſto incarnato ſunt collecti: ideo, vt ſequenti ævo ejus quoq; uſus aliquis eſſe poſsit, ad finem hujus ſecundi Calendarii, adjecimus tabulam, unde præter alios multos ejus vſus, locum Solis ad ſequentes annos plurimos reducere, qui volet, poterit. Cumq; in pagella eâdem nonnihil relinqueretur ſpacii, aſſcripſimus ſingulis ſignis qualitates ac proprietates ſuas, quarum cognitione Aſtrologo non eſt carendum.

Atque hæc ſunt præcipua, quæ in hoc noſtro Diario reperiuntur, quibus tanquam coronidis loco adjecimus tabulas domorum cœleſtium ad aliquot regionum latitudines, ex Horoſcopographia Clariſs: Viri THOMÆ FINCKII Doctoris Medici, nobis dedicata: ut qui variis modis ſitum primi mobilis ſcrutari voluerint, hinc quoq; petere poſsint, ſibi quod ex uſu ſiet, loco Solis vero, vel ex hoc noſtro Diario, vel ex aliis Ephemeridibus aſſumpto.

Cæte-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Cæterûm hiſce tabulis omnibus ſuos addidimus uſus, aliaq; nonnulla de Sole, Luna, cæteriſq; corporibus cœleſtibus appoſuimus, quorum omnium cognitionem Lectori non ingratam fore confidimus.

Atque hæc quidem de noſtro hoc opuſculo generatim dixiſſe ſufficiat: Membra autē particularia index paulò pòſt ſubiectus exequitur & monſtrat.

Vnicum illud adhuc addam de anni in his Calendariis initio, quod à vulgato more diverſum eſt. Eum namque exorſi ſumus ab æquinoctio verno, & Solis in ♈ ingreſſu, quale fuiſſe menſium anni principium apud Iſraëlitas, Romanos ac Albanos ante Numæ correctionem, in Hiſtoria ſacra & Romana legimus. Nam hoc inſtituto noſtro rectiſsimè omnium convenire arbitrati ſumus, & cœleſtibus motibus quâm aptiſsimè quadrare. Cujus noſtri à vulgari more diſceſſus veniam Lector benignus, facilè (ſperamus) dabit.

Præceptum Domini Exo. 12. de Martio Menſis iſte, primus erit in menſibus anni.

Hoc etiam ſub finem huius pręfationis te monere volui, quod prędictiones, in priori Calendario ſingulis menſibus aſsignatæ, conueniant diebus à principio Menſis ſive Calendis, numeratis.

IN-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

INDEX CALENDARII Eccleſiaſtici & Oeconomici.

Calendarii hujus diviſio generalis fol. 1.
Generales quædam valetudinis conſervandæ reg. 3.
Peſtis antidota. 7.
Brevioris diuturniorisve vitæ nonnulla indicia 11.
Menſtruarum obſervat: ac prædictionum cautela 15.
Eudoxi regula de quadrima tempeſtatum reditione 15.
Tabula Martii 17.
Obſervationes Oeconomicæ ac Medicæ in Martio 18.
De arboribus in genere, & in ſpecie de præcipuis, quæ per Germaniam naſcuntur, ordine Alphabetico poſitæ. 19.
Tabula Aprilis 41.
Obſervationes Oeconomicæ ac medicæ in Aprili 42.
Tabula Maii 51.
Obſervationes Oeconomicæ ac medicæ in Majo 52.
Tabula Junii 61.
Obſervationes Oeconomicæ ac medicæ in Junio 62.
Tabula Julii 69.
Obſervationes Oeconomicæ ac medicæ in Julio 70.
Tabula Auguſti 79.
Obſervat: Oeconomicæ ac medicæ in Auguſto 80.

Tabula

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Tabula Septembris 85.
Obſervat: Oeconomicæ ac medicæ in Septemb. 86.
Tabula Octobris 93.
Obſervationes Oeconomicæ ac medicæ in Octob. 94.
Tabula Novembris 99.
Obſervationes Oeconomicæ ac medicæ in Nov. 100.
Tabula Decembris 107.
Obſervationes Oeconomicæ ac medicæ in Decem. 108.
Tabula Januarii 113.
Obſervationes Oeconomicæ ac medicæ in Jan. 114.
Tabula Februarii 119.
Obſervationes Oeconomicæ ac medicæ in Febr. 120.
Uſus novi illius Ciſiojani ſingulis menſium tabulis ſubſcripti 125.
Tabula continens ortum Solis & occaſum ad 16. Elevationes poli á gr. 36. usq; ad gr. 66. 126.
Ejusdem tabulæ uſus 128.
De præcipuis temporis partibus, ut de anni politici quantitate & initio. 130.
De quatuor anni temporibus 134.
De menſibus 143.
De Septimanis 147.
De diebus eorumq; partibus 149.

De va-

De vario apud diverſos populos diei initio 152.
De latina dierum appellatione, & in Calendas, Nonas atq; Idus diſtributione 153.
Aliquot alia dierum nomina definita 155.
De diebus Ægyptiacis 156.
De nocte & ejus vigiliis 159.
Analogia diei & noctis cum partibus anni 160.
De Horis 160.
Tabulæ duæ horarum Planetariarum, earumq; dominorum 162.
Tabula quantitatis horarum Planetariarum inveſtigandæ 165.
Alia tabula quantitatis horarum Planetariarum, exhibens ſimul longitudinem dierũ præcipuorum totius anni, & locum Solis 168.
Horarum Planetariarum uſus 170.
Horarum alia genera 170.
Horæ quadrans 171.
De Minutis 171.
Computus Eccleſiaſticus: primo de cyclo Lunari 172.
De cyclo Solari 173.
De Indictione 174.
De litera Dominicali 174.

De Epactis 177.
Feſtorum mobilium à paſchate dependentium ratio 179.
Tabulæ duæ pro paſchate & feſtis mobilibus aliis, in utroq; Calendario inveſtigandis 182.
Tabulæ utriusq; intervalli, & inde dierum anni reſtitutio 186.
Tabulæ computi temporariæ, pro annis futuris 50, tám cyclorum quam feſtorum mobilium, & intervallorum, utriq; Calendario accommodatæ 194.

INDEX CALENDARII
poſterioris Aſtronomici.

Partitio ac partium explicatio ac uſus 200.
Tabula Martii 212
Cum Signi Ariet. qualitatibus ac proprietatibus 213.
Tabula Aprilis 214.
Cum Signi Tauri qualitatibus ac proprietatibus 215.
Tabula Maii 216.
Cum Signi Gemini qualitatibus ac proprietatibus 217.
Tabula Junii 218.
Cum Signi Cancri qualitat: & proprietatibus 219.

Tabula

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Tabula Julii, ſive quintilis 220.
Cum Signi Leonis qualitatib. ac proprietatibus 221.
Tabula Auguſti, ſive ſextilis 222.
Cum Signi Virginis qualitat. ac proprietatibus 223.
Tabula Septembris 224.
Cum Signi Libræ qualitatibus ac proprietatibus 225.
Tabula Octobris 226.
Cum Signi Scorpii qualitatibus ac proprietatib. 227.
Tabula Novembris 228.
Cum Signi Sagittarii qualitatib. ac proprietat. 229.
Tabula Decembris 230.
Cum Signi Capricorni qualitatib. ac proprietat. 231.
Tabula Januarii 232.
Cum Signi Aquarii qualitatib. ac proprietatib. 233.
Tabula Februarii 234.
Cum Signi Piſcium qualitatib. ac proprietatib. 235.
Uſus Ephemeridis tabulis menſium aſſcriptæ, ad inveſtigandum locum Solis quovis tempore anni 1593. 236.
Tabula quantitatis anni tropici, præceſſionis æquinoctiorum, temporis æquinoctii verni, loci Solis ad meridiem, diei 11. *Martii, &c. ad* 50 *annos.* 238.

Series ac partitio iſtius tabulæ & generalis uſus 240.
De vera anni tropici magnitudine 241.
De annuæ revolutionis tempore 243.
De ingreſſu Solis in punctum æquinoctii verni 246.
De vera æquinoctiorum præceßione 247.
Veri loci Solis ex Ephemeride inventio ad inſequentes annos 248.
De temporis correctione triplici 251.
Primò de temporis converſione 252.
Secundò de temporis æquatione 253.
Tabula æquationis dierum 256.
Tertio de temporis reductione 258.
Catalogus præcipuorum aliquot locorum, cum latitudines tum á noſtro meridiano differentias longitudinis exhibens 259.
Erectio figuræ cœleſtis, ex tabulis domorũ cœleſt. 262.
Tabulæ domorum cœleſtium, ex Horoſcopographia Finckii 264.
Tabulæ continentes ortus & occaſus ſtellarum fixarum, ad ſingulos totius anni dies, ſub elev. poli 51. grad. 318.

Tabula

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Tabula Generalis exhibens præcipuarum ſtellarum longitudines, latitudines, declinationes & magnitudines 342.
Tabula umbrarum rectarum, oſtendens horas diei 347.
De horis diei, per horologium manuale inveniendis 350.
Synopſis & auctio hactenus ſparſarum rerum Aſtrologicarum 355.
De Zodiaco, & illius diviſione 355.
Triplicitates Signorum 360.
De Signorum aſpectibus 362.
Figura domorum cæleſtium 364.
Quinq; communiores modi erectionis figuræ cœli 365.
Domorum Significationes 367.
Aliquot ſubdiviſiones 370.
Particularis ſingularum domorum enumeratio & proprietates 373.
Pauli Alexandrini expoſitio duodecim domiciliorum cœli, & Planetarum in iis exiſtentium 382.
De Planetis, & quæ iis accidunt à ſemetipſis, & Sole ac Luna. Ac primum de eorum ordine 394.
Deinde de motu Planetarum proprio 396.

De naturis & proprietatibus eorum 396.
Quæ ſingula metris includuntur 410.
De Eclipſi luminarium 418.
Tabulæ dignitatum eſſentialium Planetarum, & accidentalium 420.
De aſpectibus, & configurationibus Planetarum 424.
Tabula ætatis, ac lucis Lunaris 429.
Ætatis Lunaris inventio, per Epactas 430.
Schema configurationum Solis ac Lunæ 431.
De Antiſciis 432.
De tranſitu Planetarum 510.
De electionibus Aſtrologicis in genere, ex Regiomontano 433.
Tabula Electionum, ad quamvis Lunarem Syzygiam 436.
Tabula Elect. in quavis 28 Lunæ manſionum 437.
Tabula Electionum vulgaribus Almanachis familiaris 438.
Modus inſtituendarum Electionum, certis cautelis prolixè definitus 439.
Particulares Electiones peregrinationis & legationis 442.
Navigationis 443.

Planta-

Plantationis, ſeminationis, inſitionis 444

Venationis 445.

Piſcationis 445.

Migrationis 445.

Ludendi idonea tempora 446.

Arborum cadendarum 445.

Sectionis venarum 446.

Effigies demonſtrans, quæ domus & ſigna ſingulis partibus corporis humani dominentur 448.

Exhibendarum potionum aut pilularum 450.

Curationis certi alicujus membri 452.

Ingreſſus balnei 453.

De figura 16 *laterum, & diebus criticis* 454.

De prognoſticis Eclipſium 457.

De prognoſticis Cometarum 460.

De prognoſticis mutationum aëriarum 468.

De Ventis 469.

Tabula mutationum aëriarum 472.

Collecta varia, ex rebus variis mutat: præſagia 478.

De magnis conjunctionibus 488.

De maris æſtu, excurſio erudita 489.

Nati-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Nativitatis Ranzovianæ themata duo : unum Daſipodii, ex Ephemeridibus Alphonſinis, cum Aſtrologico judicio, & directionum ſerie 499.

Tabula exhibens aſpectus Planetarum, ad cuſpides 12 domorum cæli, & ad ſe invicem 501.

Alterum Finckii ex tabulis Prutenicis, cum ſpeculi Aſtrologici forma 515.

Profectionum generalis tabula, quibuslibet nativitatibus inſerviens 519.

Planetarum dignitates & infortunia pleraq; in nativitate Ranzovianâ. 523.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

CALENDARIUM PRIUS ROMANUM, OECONOMICUM, ECCLESIASTICUM, Anno Juliano ac Gregoriano accommodatum.

DIVISIO GENERALIS hujus Calendarii.

CAlendarium, quod Politicum, Oeconomicum, Eccleſiaſticum, Romanum vocari diximus, commune magis eſt ac vulgatum: ideoque tractatui huic noſtro initium dabit.

Calendarium Arabibus vocatur Almanach, quod eſt numeratio.

Tot verò illud eſt inſignitum nominibus, ob multiplicē ac varium, quem in Oeconomia, Eccleſia, Foro demum ac civili ſocietate continet, uſum. Id quinque partibus diſtributum eſt.

PRIMA exhibet regulas conſervandæ valetudinis generales, ac omnibus penè menſibus communes, cum aliquot peſtis antidotis.

SECUNDA Menſium ſingulorum tabulas complectitur. Tabulæ autem illæ primò duodecim columnis diſtinguuntur, quarū tres priores Juliano anno inſerviunt: tres illis vicinæ Gregoriano: ſex ultimæ anno utrique communes ſunt.

Prima ergo columna anni Juliani Sanctorum Dei hominum, nempe, Patrum, Martyrum, aliorumque, quorum in

cœtu Chriſtiano memoriam religioſam exſtare voluit Eccleſia Catholica, nomina complectitur.

Secunda, dies menſis ordine ſuo continuatos, anni veteris Juliani.

Hiſce in tertia aſſcribitur Romana dierum enunciatio, & in Calendas, Nonas atque Idus digeſtio.

Eâdemq; ratione tres mox ſequentes, quarta, quinta, ſexta, feſtos illos dies Sanctorum, quæ feſta immobilia ac ſtabilia dicuntur, menſium dies, & Romanam Calendarum, Nonarum, Iduum enunciationem Gregoriano anno attribuunt.

Septima gradum Solis: Octava diei quantitatem: Nona noctis longitudinem: Decima Solis ortum: Undecima Solis occaſum, Duodecima horas Planetarias diebus priorũ columnarum aſſcribit. Ubi illud notandum, quatuor ultimas columnas referri ad Elevationem Poli grad. 50. ferè.

Ne tamen à ſtudioſo Lectore alibi quicquam deſiderari poſſet: proximè poſt menſium illam enumerationem, tabulam quantitatis dierum multis climatis inſervientem ſubjunximus: unde cognito loco Solis hîc aſſcripto, facilè quatuor illæ columnæ aliis terræ locis accommodari poterunt: ut poſtea ex uſu illius tabulæ dierũ intelligetur.

Deinde his ipſis menſium tabellis verſus nonnulli ſubſcribuntur, qui vulgo Ciſio Janus dicuntur, de cujus uſu, finitis obſervationibus Februarii, peculiari deinceps membro agitur.

TERTIA Calendarii pars iſtis menſium pagellis inſeritur, & menſium agricolationis labores, animalium Venerem, partus, educationem, aëreas prædictiones, obſervationes Oeconomicas, atque hujus generis alia paſſim in feſta Sanctorum relata, ac modô proſâ & ſolutâ oratione, modò metro deſcripta complectitur.

Iſtis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Iſtis menſium ſingulorum partibus abſolutis, quia multa iſtius generis non unius tantùm menſis eſſent, ſed plurium:

QUARTA Calendarii prioris pars de anni temporibus peculiarem tractationem ſuſcipit, eamq; particulatim non periodis tantùm & quantitate, cauſisq; ſuis deſcribit, ſed etiam qualitatibus & ſuis effectis depingit pluribus.

QUINTA demum, ne quid perfectioni hujus noſtri Calendarii deeſſet, etiam ea, quæ quotannis in illo mutari ſolent, ſive in Cyclis, ſive feſtorum ſolennitatibus, attingit: quâ ratione Computum, quem vocant, Eccleſiaſticum hoc loco deſiderari noluimus.

PRIMA PARS CALENDARII PRIORIS, CONTINENS ALIQUOT REGULAS VALEtudinis conſervandæ generales, menſibus penè omnibus communes.

Singulis menſibus ſemel aut bis vome.

Menſe ſemel plenum ſtomachum laxabis in omni.

Si nec cibo multum ſatur, nec ſeminis ſit ſæpè prodigus ſui, nec ad labores impiger, ſanus diu manet homo, teſte Hippocrate.

Singulis ſeptimanis acetum ſcylliticum ſume: cui tamen, ſi ſenex ſis, ob ſtomachum, paululum Cinnamomi, Zinziberis, Cardamomi adde.

Nonnunquam terebinthina Veneta, quæ purgat, utere avellanæ magnitudine.

Zinziber conditum jejuno interdum profuerit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Hyberno tempore vinum Helenium,abſinthiacum, aut caryophyllacium in prandio,aut,ſi tuo convenerit ſtomacho,mulſum bibe.

Denis diebus, aut quavis hebdomadá geminatâ, ſemel ante Solis & Lunę conjunctionem aut oppoſitionem,toto die ad veſperam uſque, cibo abſtine. Inedia enim corpus pervium patensq; reddit, obſtructiones expedit,alvi feces, urinas, cerebri omniumque partium excrementa movet & excludit.

Ergo rubens decies ubi Sol luſtraverit orbem,
Deme cibum ſtomacho: & major orexis erit.

Confectionis interdum Mithridaticæ, aut Theriacæ Andromachi parum, temporibus nebuloſis,& conſtitutione peſtilente, præſertim hyeme, accipe.

Utere ſæpè Sirupo de vino & ſaccaro; ut,In tribus vini libris, recipe libras duas ſaccari, & paululum puræ aquæ fontanæ.

His te Deo ut primò ita ultimô commenda,ſuaviter vive,aliiſque medicamentis purgantibus,tanquam venenis, ni major urgeat neceſsitas,abſtine: memor illius Ciceroniani; valetudinem conſervari cùm notitiâ ſui corporis, tùm iis rebus, quæ aut prodeſſe aut obeſſe ſoleant.

Non paucæ quoque commodioris valetudinis occaſiones ſequentibus verſibus proponuntur.

Sit membris requies, ſint & pia gaudia menti,
Debilitet vires nec via longa tuas.

Mul-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Multum lætitiæ, minimumq́ fovere doloris,
Sic reor, hæc Medicis optima vita placet.
Vt minimum doleas, facit iſtud ſpreta voluptas,
Multum ut læteris, mens pia ſola facit.
Non gladius, Martiſq́ furor tot pectora perdit,
Quot gula jam paßim, potus, amorq́ necat.
Quando cibum capies, modulum ſervato: nec unquam
Tu niſi oportuno tempore ſume cibum.
Adde boni potus quantum natura requirit:
Ebrietas ſecum plurima damna trahit.
Quod reſtat moneo, nocturno tempore ſomnum
Concedas membris luminibusq́ tuis.
Lectulus ac plumis tibi mollibus eſto retentus,
Vt magis atq́ magis ſit tibi grata quies.

SIRAC: XXXI.

Sanitas eſt animæ & corpori ſobrius potus. Vinum multũ potatum, irritationẽ, & iram, & ruinas multas facit.

SIRAC: XXXVII.

Propter crapulam multi obierunt: qui autem abſtinens eſt, adjiciet vitam.

Cicero in Catone:

Cibi & potionis nimia copia menti & corpori obeſt.

Nicolaus Reuſnerus.

Vt vivas, ſic eſſe decet: non vivere mundo
Sic, ut edas: placet hæc ſobria vita Deo.

Hinc Senis vita illis notis deſcribitur ;

Vita Senis, libri, domus, hortus, lectus, amicus,
Vina, nepos, ignis, mens bilaris, pietas.

De vita ſalubriter inſtituenda.

Qui benè, Lector, aget vitam, ſit liber ab omni
Præcepto ; ac juris ſit maneatq; ſui.
Quod ſapit, hoc comedat : quod non ſapit, ille relinquat ;
Iamq; foris, & jam gaudeat eſſe domi.
Sed magis ipſe foris & in agro gaudeat eſſe,
Et, quod ſit membris utile, ſemper agat.
Sive feras viſco fallat, catulovè ſagaci
Sectetur : remo ſeu breve carpat iter:
Seu potiùs colat arva : vel hortos conſerat ultrò:
Quicquid agat, potius, quàm requieſcat, agat.
Tempeſtiva quies juvat, intempeſtaq; lædit
Corpus : Sic prodeſt plus requiete labor.
Illa ſenectutem ſolet accelerare : juventam
Sæpiùs hic longam floridulamq; facit.

Hippocrates.

Labor, Cibus, Venus, Somnus, omnia mediocria.

Marſilius Ficinus.

Prudens in omni victu parcitas vitam nobis longam inchoat ; Conſtans quoq; in curis ſubeundis parcitas vitam prolongat ; Parcitas verò in cœlo fruendo negligens vitam occat.

ALI-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

ALIUD

Temperantiam in affectibus ſervato,
Temperantiam in omni victu cuſtodito,
Temperiem aëris his unito & commiſceto.

Diſtichon de tribus, quæ mortem accelerant.

Si quis ad infernos properet deſcendere manes,
Huic iter accelerant balnea, vina, Venus.

ALIUD

In quo ſuperioris ſententia corrigitur.

Balnea, vina, venus, corrumpunt corpora noſtra:
Reſtituunt eadem balnea, vina, Venus.

ALIUD.

Hæc hominum poſſunt triſtes condire labores:
Conjunx, & vinum, Muſica, colloquium.

ANTIDOTA PESTIS.

Præſervant, ficus, nux, ruta, à peſte & acetum,
Jejuno cum ſint gutture ſumpta ſimul.
Aëra ſuffitu purgant, quæ Pruſsia mittit
Succina, Juniperus, tum zedoaris odor.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Et nares oleo, quo Scorpius, illinc, merſus,
Et pilulas Rufi ſæpius inde vora.
Si plethora gravat, purgetur ſanguis & alvus:
Læta age, & infectos, balnea, vina fuge.
Alcinum cornu; Santonica, myrrha, corallus,
Cum crocea antidoto, Theriaceq́; juvant;
Singula cum fuerint æquali pondere mixta:
Auxilium præſens ſectaq́; vena dabit.
Vlcus non tantum diſcrimen monſtrat apertum,
Sed ſpes hinc vitæ totius eſſe poteſt.
Cepaq́; toſta aperit, maturat Theriaceq́;:
Sic hauſto ſucco pellitur iſta lues.
Lectus ne diros infeſtus ſpiret odores,
Pinea perpetuo tæda cremanda foco.

ALIUD.

Hæc tria tabificam pellunt Adverbia peſtem:
Mox, longè, tardè, cede, recede, redi.

De Ruta: & Antidoto contra venenum Regis Mithridatis.

Obſtat pota mero, vel cruda comeſta venenis:
Hoc Mithridates Rex Ponti ſæpè prob a it,

Qui

Qui rutæ foliis viginti, cum ſale pauco,
Et magnis nucibus binis caricisq́ duabus,
Jejunus veſci, conſurgens manè, ſolebat:
Armatusq́ cibo tali, quaſcunq́ veneno
Quilibet inſidias ſibi tenderet, haud metuebat.

Idem brevius.

Bis denas Rutæ frondes, ſalis & breve granum,
Iuglandesq́ duas, terito cum corpore ficus.

Plinius lib. 28. cap. 10 ſic ſcribit.

Sic quoq; lacte bubulo cuncta venena expugnari tradunt: maximè ſuprâ dicta: &, ſi Ephemerum impactum ſit, aut ſi Cantharides datæ, vomitione omnia egeri.

Hauſtum itidem urinæ propriæ, vel pueri impuberis contra peſtem valere, Medici, & inter hos præcipuè Dioſcorides, Marſilius Ficinus, Mathiolus, Vveckerus, & Saluſtius Salvianus, ſtatuunt. Avicenna meminit, ægrotum quendam ſomniáſſe, Medicum ſibi præcepiſſe, ut biberet urinam: idq́ue cùm faceret, ſanitati eſſe reſtitutum. Scribit Galenus, quòd multi, qui in Syria peſtiferè ægrotantes urinam puerorum ſimul & virorum hauſerant, ſeſe hinc ſanatos eſſe crediderunt.

Et in bellis ac expeditionibus nuper in Galliâ geſtis, noſtri, qui iſtis interfuerunt, contra contagioſos morbos propriam urinam magno cum fructu ſe bibiſſe retulerunt, ſeq; ita ſervatos eſſe affirmârunt. Quemadmodum his in oris multos ſenes novi, qui hujus efficaciam non contra peſtiferos ſolùm, ſed alios etiam morbos ſe expertos eſſe aſſeverârunt ac prædicarunt. Quanquam autem Gale-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

nus ejuſmodi remedium non probat, cum meliora habeamus: tacitè tamen ei talem vim ineſſe concedit. Quare correptus peſte, ſub initium morbi, urinam propriam bibe aut pueri caſti: & lacti calido recens mulſo pedes ac tibias immitte; Tum lac coagulari videbis, venenum attrahendo, & ſic (Deo adjuvante) te periculo mortis liberari.

Cęterùm in tuo conclavi ſuſpenſum in alto ſemper habeas, præcipuè autem tempore peſtis, vaſculum quoddam aheneũ aqua plenum. Iſta venenatos humores ac vapores intra conclave exiſtentes ad ſe trahit, qui aquæ innatantes in pelliculam coëunt. Hæc quô craſsior exiſtit, eò major copia veneni attrahitur, atque aër ipſe ſic purior ac ſalubrior in conclavi efficitur.

Quemadmodum etiam purgatur aër rerum odoriferarum ſuffitibus, in quarum cenſu abſinthium habemus, Maſtichen, Thus, Thymiama, Styracem, Succinum Boruſsiacum, lignum Aloës, Myrrham, Ambram, Moſchum, Juniperum ejuſque grana, Salviam, Majoranam vel Amaracum, Serpillum, Pulegium, Rorem marinum vel Libanotida, Helenium, & ejus generis alia.

Nec incommodè collo appendetur ſacculus Iacobi Carpenſis, etiam à Paracelſo approbatus, hoc modo confectus:

Recipe Arſenici albi Cryſtallini partes ſive vncias duas, rubei partem unam: fiat placenta rotunda digiti craſsitudine, cum ovi albumine aut mucilagine Tragacanthi ſubacta, inſuatur linteolo lineo, ſuperaddito ſerico: & ſic regioni cordis admoveatur. Quod ſine vllo fit incommodo. Etſi enim Arſenicum introſumptum non tàm vi occulta, quàm ſolâ roſione lethiferum ſit: tamen extrà admotum Venenis certa experientia reſiſtit.

His præmiſsis omnibus Colophonis loco illa adijcio.

VITÆ BREVIORIS DIUturniorisve indicia.

BREVIORIS.

QVæcunque animantia excrementis abundant, etiamſi ſana degant, neque morbis infeſtentur: tamen ipſorum excrementorum vi paulatim conficiuntur.

Sicca corpora & ſalubriùs vivunt & diutiùs, quàm humida & excrementis plena.

Animantia ſalacia, & quæ multum ſeminis gignunt ac profundunt, minus longæva ſunt. Immoderata namq; Venus refrigerat & exſiccat, quia alimentum & calorem ſubtrahit, atq; ita ſenectutem ac mortem accelerat.

Senilis autem juventa prematuræ mortis ſignum eſt.

Nec vllum ſenectutis certius indicium quàm memoriam labaſcere; Et, Senecæ teſtimonio, primùm, quod ætas invadit, eſt memoria.

DIUTURNIORIS.

Cæterùm communi Phyſicorum ſuffragio homines præ cæteris vivaciores ſunt:

Quibus naſcentibus Sol fuit in ortu, aut paulò ante vel poſt.

Quibus naſcentibus Planetæ omnes ſunt ſub terra, ut mihi.

Qui naſcuntur in Æquinoctio verno, ut ego. Et ferè Illuſtriſsimus Dux Megapolenſis Ulricus, qui natus eſt A. C. 1528. die 5. Martii, & adhuc in vivis eſt. Quemadmodùm & Benedictus Alefeldt, Gener meus Dominus in Lehmkulen, qui natus eſt 1546. D. 11. Martii hora 12. min. 46. His enim ferè eadem eſt revolutio Planetarum natiuitatis, quæ mundi.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Qui dentium multitudine & firma horum compage ſunt præditi.

Qui tres lineas in manu oblongas habent æquales ac firmas.

Quibus color bonus eſt in facie, roſeus ſcilicet & clarus.

Qui urinam emittunt cum bono ſedimento plurimam potiùs quâm paucam, ac valdè ſplendidam: nec quæ citò mutatur, ſed diu permanet incorrupta: quæ calorem naturalem fortem eſſe indicat.

Qui feces parum olentes potiùs quàm molles excernunt.

Qui dormiunt ſomnum profundum ac continuum, 6. aut 7. horarum aut paulò minus.

Qui corpus habent moderatum, memoriam expeditam, cogitationem agilem, imaginationem bonam, videndi acumen, ſecundum Galenum.

Quibus jejunis ſpiritus benè olet.

Qui rubentes habent ungues mixta albedine.

Qui habent ſpacium ſuperius à pectore ad umbilicum uſq; longius inferiori.

Qui breves habent digitos, ſecundum Ariſtotelem.

Qui habent amplas venas. Nam in ſenibus videmus venas fieri anguſtiores.

Qui non utuntur coitu coacto, ac immoderato.

Qui ſiti perpetuâ non laborant.

Qui patrem & matrem honorant.

Qui honeſtatem colunt ac Deum timent.

Regula vitæ.

Accipe quæ ſerves præcepta ſalubria vitæ,
Ut tibi contingat caritura dolore ſenectus.

Prin-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Principio Deus eſt ſincero corde timendus;
Et chari ſummo tibi ſint in honore parentes;
Hinc regem coluiſſe ſuum non ultima laus eſt;
Atq; Magiſtratus revereri proderit omnes.
Dilige virtutem, qua nil pretioſius, atq;
Semper honeſtatis decus obſervare memento.
Illuviem vitæ; vitiis ne pollue morum,
Quas animo natura tuo dedit optima, dotes.
Tela venenatæ nec te angant invida linguæ,
Tu moderare tuam, dic pauca, arcana taceto.
Omnibus in rebus prudenter reſpice finem,
Ut capto veniat merces optata labori.
Conſilio ſapiens res ponderat antè gerendas,
Sedula propoſitos adeat quàm dextra labores.
Corporis atq; animi, tibi quæ ſunt, utere donis:
Neglectu ſiquidem minuuntur talia crebro.
Proderit in victu certam ſervare diætam,
Atq; apto vires potuq;ciboq; fovere.
Crapula ſit ſuſpecta tibi, quia ſuſtulit ipſa
Plures, quàm gladius, vitiorum ſordida mater.
Corporis exhaurit decus hæc, omnemq; vigorem,
Atq; ſuos mulctat morbis & morte miniſtros.
Pone modum Veneri, Veneris quia crebrior uſus
Debilitat vires, & ſenſus obruit omnes.

Affe-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Affectus animi pravos cohibere memento,
Ne noceant, & ne vitiis alimenta miniſtrent.
Aëris obſerva, ſub quo vis ducere vitam,
Temperiem, multis animum nec conſice curis.
Diſce mori, & mortis quoties te terret imago,
In mentem revoca vitæ promiſſa futuræ.

His me præceptis vivendi aſſueſce Magiſtro,
Sic tibi continget non ærumnoſa ſenectus.

ADMONITIONES UTILES in vita humana.

Multa audi, dic pauca, tace abdita, diſce minori
Parcere, majori cedere, ferre parem.
Sobrius, & vigil, & verax ſimul eſſe memento,
Promptus amare bonos, & tolerare malos.
Sedulus in propriis, aliis aliena relinque
Prudenterq; fides cui ſit habenda, vide.

Nathan Chytræus.

His volui adjicere dicta ſeptem Sapientum Græciæ.

Solon.
Reſpicito vitæ finem.

Chilo.
Cognoſcito temet.

Cleobulus.
Optima res modus eſt.

Thales.
Sponſio damna dabit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Bias
Plures nempe mali.

Pittacus.
Peridonea tempora noſce.

Periander.
Conſilium quodvis cum ratione rege.

DE OBSERVATIONIBUS ET PRÆDIctionibus cautela.

PRædictiones & obſervationes, quæ Menſibus inſerviunt, & certis interdum menſium diebus attribuuntur, non de iſtis tantùm diebus accipiendæ ſunt, ſed aliquot dierum continuum complectuntur ſpacium; non illam tantùm utriuſque Calendarii decem dierum differentiam, ſed unum etiam atq; alterum inſuper diem, qui illos aut præcedit aut ſequitur.

EUDOXI REGULA DE QUADRIma tempeſtatum reditione.

Obſervanda eſt etiam Eudoxi regula, quam Plinius aliquoties allegat. Is longa obſervatione ac experientia diuturna deprehendit, eaſdem prope in unâ eâdemque regione tempeſtatum ac ventorum vices quadriennio exacto recurrere.

Cujus quidem rei, ne alias aut remotiores hic attingamus, ea forſan cauſa ſtatuetur, quòd, ut revolutiones annorum mundi, ſingulo quadriennio ad eadem ſigna, eundemq; locum fermè redeunt, ita fixarum ſtellarum ortus atque occaſus in hoc negotio haud parvi momenti, eiſdem fermè diebus ac locis recurrant; ac proinde eundem effectum producant.

* *
*

DIA-

DIARIUM COMPUTATUM AD elevationem Poli 50. ferè graduum.

Officia duodecim Menſium.

1	Pocula Janus amat: &	Februus algeo clamat.	2
3	Martius arva fodit:	Aprilis florida prodit.	4
5	Frons & flos nemorum	Majo ſunt fomes amorum	5
6	Dat Junius fæna:	Julio reſecatur avena.	7
8	Auguſtus ſpicas,	September colligit uvas.	9
10	Germinat October,	Spoliat virgulta Novemb.	11
12	Quærit habere cibum porcum mactando Decemb.		12

Eadem aliter.

1 Januarius poto.	7 Julius ſpicas declino.
2 Februarius ligna cremo.	8 Auguſtus meſſes meto.
3 Mart: de vite ſuperflua demo.	9 Septemb: vina propino.
4 Aprilis do germen gratum.	10 October ſemen humi jacto.
5 Majus: mihi flos ſervit,	11 Nouēb: Mihi paſco ſues
6 Junius: mihi pratum.	12 Decemb: Mihi macto.

TABULA MARTII

Obſervationes Oeconomicæ & Medicæ in Martio.

Vomere ſcindit agros, navigiis & balneis gaudet, vites & arbores putat, noctes diebus adæquat.

MAR-

Calendarium Vetus Iulian.			Novum Gregorianum.													
Feſta ſtabilia.	Dies.	Calend; No: Idus.	Feſta ſtabilia	Dies.	Calend; No: Idus.	Loc ☉ ♈	Quan Dier H.	M.	Quan Noct H.	M.	Ortus Solis. H.	M.	Occa. Solis. H	M	Hor Planet quat: H	M.
Æquino. ver.	11	5. Idus Mar.	Benedict.	21	1 . Cal. Apr.	0	12	0	12	0	6	0	0	0	1.	0.
Gregorii	12	4. Idus Mar.	Abbatis.	22	11. Cal. April.	1	12	4	11	56	5	58	6	2		
	13	3. Idus Mart.		23	10. Cal. April.	2	12	8	11	52	5	56	6	4		
	14	Prid. Id Mar.		24	9. Cal. April.	3	12	12	11	48	5	54	6	6	1	1
	15	Idus Martij.	Ann:Ma:	25	8. Cal. April.	4	12	15	11	45	5	52	6	8		
	16	17. Cal. April.		26	7. Cal. April.	5	12	18	11	42	5	51	6	9		
	17	16. Cal. Apr.		27	6. Cal. April.	6	12	22	11	38	5	49	6	11	1.	2
	18	15. Cal. April.		28	5. Cal. April.	7	12	26	11	34	5	47	6	13		
	19	14. Cal. April.		29	4. Cal. April.	8	12	30	11	30	5	45	6	15		
	20	13. Cal. April.		30	3. Cal. April.	9	12	33	11	27	5	44	6	16	1.	3
Benedict	21	12. Cal. April.		31	Pri. Cal. April	10	12	36	11	24	5	42	6	18		
	22	11 Cal. April.	A PRIL.	1	Calend. April.	11	12	40	11	20	5	40	6	20		
	23	10. Cal. April.		2	4. Non. April.	12	12	44	11	16	5	38	5	22	1.	4
	24	9. Cal. April.	Ambro:	3	3. Non. April.	13	12	48	11	12	5	36	6	24		
Ann:Ma:	25	8. Cal. April.		4	Pri. Non Apr.	14	12	52	11	8	5	34	6	26		
	26	7. Cal. April.		5	Nonæ April.	15	12	56	11	4	5	32	6	28	1.	5
	27	6 Cal. April.		6	8. Idus April.	16	13	0	11	0	5	30	6	30		
	28	5. Cal. April.		7	7. Idus April.	17	13	4	10	56	5	28	6	32		
	29	4. Cal. April		8	6. Idus April.	18	13	7	10	53	5	26	6	34	1.	6
	30	3. Cal. April.		9	5. Idus April.	19	13	10	10	50	5	25	6	35		
	31	Pri. Cal. Apr.		10	4. Idus April.	20	13	14	10	56	5	23	6	37		
APRI-	1	Calend. Apri	Leonis	11	3. Idus April.	21	13	18	10	42	5	21	6	39	1.	7
LIS.	2	4. Non. April.	Papæ.	12	Prid. Id. Apri.	22	13	22	10	38	5	19	6	41		
	3	3. Non. April.		13	Idus Aprelis.	23	13	26	10	34	9	17	6	41		
Ambro:	4	Pri. Non. Ap.	Tiburti.	14	18. Cal. Maij.	24	13	29	10	31	5	15	6	45	1.	8
	5	Nonæ April.	Valeri.	15	17. Cal Maij.	25	13	32	10	28	5	14	6	46		
	6	8. Idus April.		16	6. Cal. Maij.	26	13	36	10	24	5	12	6	48		
	7	7. Idus Apr.	Aniceti.	17	15. Cal. Maij.	27	13	40	10	20	5	10	6	50	1.	9
	8	6. Idus April.	Papæ.	18	14. Cal. Maij.	28	13	44	10	16	5	8	6	52		
	9	5. Idus April.		19	3. Cal. Maij.	29	13	47	10	13	5	6	6	54		
	10	4. Idus April.		20	12. Cal. Maij.	♉	13	50	10	10	5	5	6	55		

Cal. Mart. Non Mart. Idus Mart.

Martinus Adriano narrat atq; GREGORIO

17. ſal April. *Prid Cal April Mar.*

Quod GERTRVDIS ET BENEDICTVS ANNVNCIANT *Virgini*

Martius, ♈ Aries.

Martius à Marte nomen adeptus eſt. Huic enim Romulus primum anni ſui menſem dedicavit.

Martius agricolas ad agros vinetaq; ducit,
Ut vitem, frondes arboreasq; putent.

Transplanta arbores tempore ſereno & ſicco, Luna decreſcente; & ita transplanta, ut, ad quam prius collocatæ erant partem, eam ipſam deinceps etiam retineant: quod idem & 2. Georg. Virgilius notat, inquiens:

Quin etiam cœli regionem in cortice ſignant,
Ut quo quæq; modo ſteterit, qua parte calores
Auſtrinos tulerit, quæ terga obverterit axi,
Reſtituant; adeò in teneris aſſueſcere multum eſt.

Si Ramis onuſtæ ſint, eos abſcinde.

Cum arbores transponis, lapides in ſuperficie terræ abjice: Nam æſtate adurunt à Sole calefacti, & hyeme refrigerant: contrario planè modo iis, qui in fundo exiſtunt, aut in ſcrobibus collocantur. Hi enim æſtate refrigerant, hyeme calefaciunt.

Arbori laboranti veteris vini feces aquę miſtas ſuffunde: urinamq; hominis aliquot menſibus veteratam adde.

Aridas arborũ partes demete, quia iis ablatis rami vulneribus non lęduntur: hærentes autẽ nutritionẽ impediũt.

Omne vitioſum & ſuperfluum acutiſsimis falcibus amputa, & novellis nihil amplius uno ramulo relinque. Auferendæ enim trunci propagines, ut rectus & levis ſurgat. In vertice tres aut quatuor novellos ramos habeat illęſos, inter ſe diſtantes. Sic formãda eſt planta, dũ tenera exiſtit.

Ambro-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Ambroſius: Aqua nutrix omnium virgultorum, & diverſos ſingulis uſus miniſtrat, vel è terra ſcaturiens, vel nubibus effuſa deſcendat. Quippe radices alit, dat omnibus vires, radicem impinguat, caudicem provehit, ramos diffundit, folia vireſcere facit, fructum alit, ſemine pomum augere facit.

Omnibus arboribus mors eſt cortex in orbem detractus; & omnium annorum amputatio periculoſa. Decerpe etiam primis annis gemmas & flores, ne fructum ante tempus ferant, eundemque abjiciant, & ſic planè pereant.

DE VARIIS ARBORIBUS IN GENERE meminit Virgilius lib. 1. Georg. & alibi. Item Ouid. lib. 10. Statius lib. 6. Theb. & Claudianus lib. 2. de raptu Proſerp.

Fluminibus ſalices, craßiq́ paludibus alni
Naſcuntur, ſteriles ſaxoſis montibus orni,
Littora myrtetis lætißima: deniq́ apertos
Bacchus amat colles, Aquilonem & frigora Taxi,
Fraxinus in ſylvis, pulcherrima pinus in hortis.
Populus in fluviis, abies in montibus altis,
Tam Platanus rivo gaudet, quàm populus unda.
Pars harum poſito ſurgunt de ſemine læta;
Pullulat ab radice aliis denſißima ſylva.

Obſervandum eſt etiam, quod foliis tenellis arborum nocent Scarabęi, qui plerumq; tertio quoq; anno conſpiciuntur, ut rei ruſticæ ſcriptores tradunt.

Ferales ſunt: Cupreſſus, Picea, Taxus.

Veteres eas arbores vocabant infelices, quæ ſunt in tu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

telâ inferorum Deorum: ut quæ baccam nigram ferunt. Cato infelices vocat arbores infrugiferas. Plin. damnatas Religione, quæ neq; ſeruntur unquã, nec fructum ferunt.

Felices verò putãtur: Æſculus, Cornus, Corylus, Fagus, Ficus alba, Ilex, Lotos, Malus, Prunus, Pyrus, Sorbus, Vitis.

Montes & valles amant, Abies, Caſtanea, Cornus, Ilex, Robur, Tilia.

Aquoſis montibus gaudent, Acer, Carpinus, Fagus, Fraxinus.

Folia non decidunt Abieti, Agrifolio, Cedro, Cupreſſo, Hederæ, Ilici, Junipero, Lauro, Larici, Myrto, Oleæ, Palmæ, Pinis, Pinaſtro, Rododaphnæ, Rubo, Suberi, Taxo, Terebintho.

Aquas odêre Caſtaneæ, Cupreſsi, Juglandes.

Cariem & vetuſtatem non ſentiunt Buxus, Cedrus, Cupreſſus, Hebenus, Juniperus, Lotos, Oleaſter, Olea, Taxus.

Abietes, Pineas, Piceas, non ita magnas tranſpone: quæ ipſę tamẽ rarò proveniunt: è ſemine verò projectę germinant felicius & citiùs. Id contrà fit in Malis & Pyris, Virgilio teſte:

Nam quæ ſeminibus jactis ſe ſuſtulit arbos
Tarda venit, ſeram factura nepotibus umbram,
Pomaq; degenerant, ſuccos oblita priores.

DE ARBORIBUS IN SPECIE hæc habe & obſerva, quæ ſunt poſita ſecundum literarum ſeriem.

Apta fretis abies.

Abies Sic dicta, quòd in cælum abeat. Aëris plurimum & ignis habet, minimumque humoris & terreni, unde nec

nec eſt ponderoſa. Naſcitur tantum ex ſemine, & habet reſinam, ut omnes coniferæ, ſyncerè olet & ſapit: Succiſæ humor diu defluit. Cacumen ejus ſemel deciſum non amplius creſcit.

Acer eſt ejuſdem amplitudinis ut Tilia, operum elegantia & ſubtilitate Cedro ſecunda, materia ejus candida atq; enervata. Ex Acere eximiæ menſę fiunt, germinat paulò ante æquinoctium, meſsibus reddit ſemen. Dicta Acer ab acie foliorum.

Alnus ſic dicta, quòd amne alatur, & non creſcit niſi aquoſis locis permanet immortalis, & ad æternitatem, ſi infra fundamenta ędificii in locis paluſtribus figitur aut ſubjicitur, ſic & ſuſtinet immania pōdera ſtructuræ, & ſine vitiis conſervat. Ego vidi alnū ſub fundamento quodam in lapidem converſam. Extra terram non poteſt durare, ſed citò ſeneſcit.

Aquifolium perpetuo viret, ſed lætius hyeme, & eſt folio ſpinoſo, horrido in margine, multilatero, lauri æmulo, cortice viridi, baccas rubeas habens. Fiſcus ex hac arbore paratur, & veneficia in villa arcere volunt: Naſcitur ex fructu & avulſione.

Avellana ſive Corylus habet facultatem non minimam adverſus venena. Nam volunt ſerpentem Coryli virgâ ictum obtorpeſcere. Eſt diuturnioris vitæ, frigido cœlo gaudet. Itaq; hyemis patientiſsima; nec inter vites Corylus ſerenda. Eſt hæc eadem divinatrix. Nam in fodinis metallicis utuntur virgâ bifurcatâ, ex eo frutice ſciſsâ, quæ in utriſq; extremitatibus apprehenſa manibus, inclinat ſe eò, ubi aurum, argentum aut ferrum latet. Eſt latis foliis ac delicatis rotundis fructibus, & ad ſecundas menſas aptis.

Amygdalus arbor eſt fructifera, cujus fructus duro & car-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

noſo integitur cortice. Prima omnium arborum floret menſe Januario. Ante maturitatem facilè fructum amittit. Serenda eſt ab occaſu Arcturi ad brumam. In hanc arborem Poetæ fabulantur mutatam fuiſſe Phyllidem.

Betula à batuendo vel bitumine dicta. Ex ea ſuccus fluit & abundat bituminoſa pinguedine. Moſchi & Tartari bibunt ſuccum, quod non inſalubre eſſe Medici dicunt. Illum enim primo vere collectum, calculo & ictero plurimum prodeſſe volunt, nec non oris putredinem curare aſſerunt. Eſt eximii candoris, fiunt ex ea circuli vaſis idonei, gaudet frigidis locis. Nunc etiam, ut olim Romanorum Magiſtratuum faſcibus minax, & hodie virgis Pędagogorũ ſceptris pueros terret.

Buxus immortali viret coma, fructus omnibus animalibus inviſus, auctu facilimo, plantatur clavis avulſione & ramis, eſt admodũ vivax, ſed non procera, folio Myrti.

Caſtanea poteſt hoc tempore inſeri in ſalicem, quercum, morum, nucem & fagum. Plinius ſuo ipſius ſurculo inſitam longè meliorem fructum reddere ſcripſit. Fructus duro & ſpinoſo tegitur corio; quod abjicitur, nux verò aſſatur & comeditur. Ante aſſationem tamen ferro prius vulneranda eſt, alioqui magno cum ſtrepitu Spiritus proſilit. Plantatur à nuce; creſcit avulſione, & ex ſtolone ac talea.

Cydonius ſive Cotoneus eſt arbor malo ſimilis, niſi quod illius magnitudinem non adæquat, folio anguſto, ab ima parte albicanti. Amat locum frigidum & humidum: Recipit inſitione malum & pyrum, ſed rarò provenit. Ità remotę ab invicem ponendæ ſunt arbores Cydonii, ne alteram quatiente vento ſtillicidium tangat alterius. Palladius teſtatur, quòd nulli arbori inſeri poſsit:

Cum præſtet cunctis lanata Cydonia pomis
Alterius nulli creditur hoſpitio:
Sed propriis pandens cognata cubilia ramis,
Stat contenta ſuum nobilitare bonum.

Pomum ejus tenui lanugine pubeſcens odore gratum & acerrimum eſt, quod etiam contra venena valere volunt. Fit ex hoc fructu Electuarium, quod poſt cænam ſumtum ſtomachum claudit & confortat.

Eſculus ex genere glandiferarum eadem cum illa, ut nonnulli exiſtimant, quam Theophraſtus Latifoliam appellat. Eſt autem Fago magnitudine & glande inferior duplicem ferens gallam, alteram quernæ non diſsimilem, ſed nulli rei utilem, alteram nigram tingendis lanis utiliorem. Quantum corpore eminet, tantum radice deſcendit; Autumno reddit ſemen.

Virgilius.

Eſculus inprimis, quæ quantum vertice ad auras
Æthereas, tantum radice in tartara tendit.
Ergò non hyemes illam, non flabra neq; imbres
Convellunt: Immota manet multosq; per annos
Multa. Virum volvens durando ſecula vincit.

Ficus arbor brevitate radicum citò ſeneſcit, viridi cortice, folio tiliæ ſed molli. Fertiliores ſunt inferiores partes quàm cacuminis.

Fraxinus dicitur à fragoſis locis, in quibus naſcitur. Procera eſt & pennata folio, materia ejus ad multa eſt utilis, auctu facilis, ſemen reddit æſtate. Prima germinat,

no-

noviſsima nudatur; ovibus & capris gratiſsima eſt, nec inutilis bobus. Apud nos fiunt ex ea circuli doliorum ingentes. Salubritatem afferre, ſi circa villas plantetur, credo. Umbram Fraxini, quod ſcribunt, arcere ſerpentes, in his regionibus falſum eſt. Ego ſerpentes & lacertas viventes ſub ea vidi ac reperi. Obedientiſsima eſt quocunque in opere, faciendis haſtis melior corylo, cornu levior, ſorbo lentior.

Juglans maturè germinat paulò ante Æquinoctium, eſt frondibus nervoſis, latis, oblongis Fraxino majoribus, graviter olentibus, patulamq; umbram jactantibus & inſalubrem, citoq; decidentibus. Naſcitur ex ſemine, id eſt, ex nuce. Sed in his locis immittitur terræ, cùm adhuc in recenti cortice hæret, duorum digitorum profũditate, cuſpide ſurſum verſa, & ſic optimè creſcit.

Ovidius de Juglande.

Sponte mea facilis contempto naſcor in agro,
Parsq; loci, quo ſto, publica penè via eſt.
Me, ſata ne lædam, quoniam ſata lædere dicor,
Imus in extremo margine fundus habet.

Juniperus ſomnum afferre dicitur. Paratur ex eo oleum, & fumum non injucundum ſpirat; naſcitur ex ſemine & avulſione, fert uno tempore maturas & adhuc creſcentes baccas, pro foliis ſpinas habet perpetuò virentes, eſtque omninò anguſto cortice, ubique propemodum diſſecto, & longæva. Lignum cæſum nativum retinet odorem; parantur ex eo ciſtæ, quæ tutæ à vermibus conſervant ſibi injecta.

Laurum tradunt ſecundã valetudinem afferre, avulſione naſcitur, & eſt impatiens frigoris. Baccę ejus his in locis ad maturitatem non perveniunt. Mo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Morus arborum ultima floret exacto jam frigore. Quocircà cum videbis Morum germinare, injuriam posteà frigoris non metuas. Inter primas matureſcit, in tantum germinatione erumpens, ut una nocte cum ſtrepitu peragat. Foliis hujus bombyces ſuſtentantur.

Meſpilus maximè vivax, & aboleri contumax ſerò ſuos profert fructus, avulſione naſcitur. Truncus duorum vel trium pedum altitudine erigatur; poteſt inſeri in pyri & mali trunco. Fructus Meſpilorum tres plerunq; aut quatuor vel ut plurimum quinq; lapillos in ſe continet, primò viridis & durior, deinde flaua & mollior eſt.

Palladius.

Meſpilaq; exarmat pugnacibus horrida membris

Pinus arbor non floret, folia habet capillata, quæ non decidunt, firmiſſima eſt adverſus cariem & tineas, umbra ejus necat germina.

Populi tria ſunt genera: Primum, album; ſecundum, nigrum; tertium, quod ex Belgio huc advectum eſt, pediculus ei tremulus, umbra nulla, folia inter ſe trepidantia, citò germinat, nullum fructum parit, in maximam altitudinem exſurgit: Habet commune cum tempore, quòd ejus folia poſt Solſtitium ęſtivum circumaguntur, hoc eſt, quòd ſupinæ foliorum partes convertuntur, nec alio argumento certiori intelligitur Solſtitium præteriiſſe; auctu quàm facilis eſt, maturè ante æquinoctium vernum germinat.

Pyrus arbor ſic dicta eſt, quòd ex lato in acutum feratur inſtar Pyramidis. Hujus duplex in his locis eſt genus, Sylveſtre nimirum & Hortenſe. Hortenſis verò ſpecies multæ & diverſæ: Quippe varios inſitione ſurculos ad-

mittit, quemadmodum & Pomus ſive Malus. Uterque fructus odorem ſalubrem reddunt.

Quercus arbor eſt omnibus notiſsima, inter ſylueſtres fructu belliſsima & fertiliſsima. Ejus triplices ſunt fructus: Glans, Galla, & Fiſcus. Ex Gallis prædictiones de fertilitate anni ſumuntur, ut infra dicetur. Parando quoq; colori nigro inſerviunt. Ex fiſco remedium paratur contra morbum caducum. Multa autem ſunt hujus arboris apud nos genera, quæ magnitudine inter ſe differunt. Inter Quercus autem minimæ, quæ apud nos Druſſeckern appellantur, plurimum fructum ferunt, ſed parvum & ſerotinum.

Pyrum Quercui inſeri poſſe dicit Plinius: Ego infelicem inſitionem eam deprehendi.

Quercus & Juglans, ut & Olea, inter ſe diſsident, nec viciniam ferunt.

Sabina perpetuâ viret comâ, cupreſsi folio ſimilis, ſpinis horridior, graviter olens, acris & fervens. Arbor coarctæ brevitatis, quæ ſe magis in latitudinem fundit. Utimur foliis ad purgationem equorum; propagine ſeritur & avulſione, quia ſemine caret.

Salix creſcente Luna plantanda, decreſcente amputanda, Luna in ♉ ♑ ♍ & ♓ exiſtente: Infructuoſa & infrugifera eſt, amaro cortice: culta quarto cæditur anno, & vinculis præparatur. Viminalis autem biennio cædi poteſt; varia enim ejus ſunt genera. Abſciſſa citò repullulat, mutationem loci facilè patitur in juventa, &, quò terræ propior, eò fæcundior: folia ejus circumaguntur poſt Solſtitium, maturè germinat, ocyſsimè ſemen amittit, antequam maturitatem ſentiat, citò creſcit, moriturq;, quòd apud aquas aſſurgat. Salix dicta à ſaliendo, quòd incredibili celeritate creſcat, & quaſi

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

quaſi ſalire videatur. Inſitione recipit Malum & Caſtaneam. Inde hi verſus:

Flumineam ſalicem fæcundant ardua membra
Caſtaneæ, & multo paſta liquore vigent.

Taxus perpetuæ frondis arbor olim lethifera erat. Succus ad viperæ morſum valet. Ex hujus ligno parantur jam pocula. Arbor hæc his in oris non reperitur, ſed á me ſtudio, ex Marchia Brandeburgenſi huc tranſlata eſt.

Tilia in locis publicis plantatur, ubi Ruſtici coëunt, vel ante ſacras ædes, propter amplitudinem ejus, foliorum latam umbram; & jucundam odoris florum gratiam. Peculiare quiddam obtinet foliis quidem dulcibus, pecori eſculentis, fructu verò omnibus animalibus inguſtabili. Paulò ante Æquinoctium germinat. Cortex tenuis, multiplex tunicis. Vertit folia ipſo die Solſtitii. Plinius omnis generis Pomorum adulterium geſtire putat. Diverſis modis vidit arborem inſitam juxta Tiburtes tiliam, omni genere pomorum onuſtam: alio ramo nucibus, alio baccis, aliunde vite, ficis, pyris, punicis, malorumque generibus, ſed huic brevis vita fuit. Teredinem non ſentit.

Sere omnia creſcente Luna in ♓ ♑ ♎ & ♍ tepidis diebus, non frigidis: nam tepor producit, frigus enecat.

Semen æqualiter ſparge. Manus utique congruere debet cum gradu, ſemper cum pede dextro.

Quæ vitio carere vis, interlunio lege.

Omnia quæ cæduntur, carpuntur, conduntur innocentius decreſcente Luna, quàm creſcente fiunt.

4. Martii, Adriani.
7. Thomæ de Aquino
9. Quadraginta Martyrum } memoria celebratur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

11. Secundum { Iul. / Greg. } Æquinoctium Vernale habetur.
21.

Æquinoctium dicitur anni tempus, quo dies æquantur noctibus, quod fit bis in anno, in Vere & Autumno.

In Vere fit Æquinoctium, quando Sol eſt in principio Arietis, & ſecundum Aſtronomorum opinionem in prima longitudine media Eccentrici ſui, aſcendens ad Apogæum, hoc eſt, remotiſsimum à terra punctum.

In Autumno fit Æquinoctium, quando Sol eſt in principio Libræ, & in ſecunda longitudine media, deſcendens ad Perigæum, hoc eſt, proximum terræ punctum.

MANTVANVS.

Quando Aries pandit reduci ſua limina Phœbo;
Nimirum - - - fuerit cum Lucifer ortus
Vndecies, nobis Aries Hyperione gaudens
Hoſpite diſcludet ſtabulis armenta gregesq́;,
Æquabitq́; diem nocti, lucemq́; tenebris,

ET NATHAN CHYTRÆVS.

Hæc eſt illa dies renovatrix nobilis anni,
Qua Phœbus nodum attingens, fineḿq; peracti
Signiferi, emenſis jam piſcibus, Arietis intrat
Limina, & exæquat nocturnas lucibus umbras.

Ambo Æquinoctia & Solſtitia ægrotantibus ominoſa, ſi in ipſis ægrotare incipiant. Nec medicamenta tunc temporis ſunt exhibenda. Autumnale autem Vernali periculoſius.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

riculoſius. Circa Æquinoctium utrumq; Auſtri plerunq; perflant: circa Solſtitia, Aquilones.

12. Martii eſt Gregorii dies. *12. Martii. Gregorius.*

Gregorius latinè Violantius dicitur, & Diſcipulos attrahit ille novos.

Incidit autem Æquinoctium vernum in diem Gregorio vicinum; unde verſus computo Juliano aptus.

Lambert, Gregori, nox eſt æquata diei.
Hæc noctes æquant Aries & Libra diebus.
Ver Aries facit: Autumnum tibi Libra reducit,
Lucis & æquales & ſomni conficit horas.
Tunc etiam veris prænuncia venit hirundo
Garrula, quæ tignis novit ſuſpendere nidum.

Prius verò

Nec luteam ſolitâ ſtruxerit arte caſam.

Quæ aves non niſi volatu paſcuntur, & ſunt indigenę, manentq; per hyemem; & ſe abdunt in arboribus, aquis aut aliis montibus; & ſigillatim non gregatim, ſingulis annis reviviſcunt: UT Menſe Auguſto ſe abſcondunt, ità nunc redire & denuo apparere incipiunt.

Noſtri piſcatores ſæpius per hyemem retibus extrahunt hirundines in globum complicatas; quarum ſingulę gramen in roſtro tenent. Cujus autem generis id gramen ſit, ſumma diligentia inquiram ipſe, & per alios inquiri curabo. Non enim dubito, quin illud ſit peculiaris cujuſdam efficaciæ ac virtutis ipſi à natura inditæ. Ipſæ verò

 hirun-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

hirundines ex aquis extractæ reperiuntur mortuæ, calefacto autem hypocauſto illatæ reviviſcunt: paulò tamen pòſt hyemis impatientes iterum moriuntur.

Vulgus hirundinum adventu gaudet, & hoſpitio illas libenter ſuſcipit, & nidos illarum religioſos eſſe exiſtimat.

Tempus, Ver, hœdus petulans & garrula hirundo
Indicat, atq; ſinus lactis, & herba virens,

Sed una hirundo non facit ver.

Hirundines cæcæ naſcuntur.

Hirundinum decubitus aut inceſſus infauſti ſemper habiti.

Hirundines aviculæ ſunt loquaces & garrulæ, quæ coëunt auerſæ, præter naturam cæterarum avium. Ex volucribus indociles ſunt hirundines, ut ex terreſtribus mures; bis anno pariunt.

Ver botros emittit, hyemis rigorem mitigat, ſpoliatas arbores induit, terræ ſuum reſtituit virorem, hortis ſuos flores & violas.

Hinc utile ſylvis, odoriferum & purpureum vocatur à Virgilio: à Statio pecoroſum: Jucundum à Catullo: à Ruffo Feſto florimorum: ab Auſonio & Seneca floriferum & fidificum: geniale à Mantuano dicitur.

Hoc tempore Favonios aliquot dies flare volunt, præſertim cùm primò hirundines cernuntur.

Cùm tua lux rediit votis optata Gregori,
Et jam jucundis flatibus aura tepet:
Tum redit & volucris longis inviſa colubris,
Quæ ſolet in pinna nidificare domus.

Ciconiæ linguâ carent, nutriuntur à Theſſalis contra ſerpentes, quos perimunt. Quonam è loco veniant, aut quò

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

quò ſe referant, incompertum adhuc eſt. E longinquo, eodem quo grues modo, venire, non eſt dubium. Ut verò hæ ſunt hyemis advenæ, ita illæ æſtatis.

Parentes ſenio confectos nutriunt inſigni pietate. Eſt enim avis cultrix pietatis & hyemis exul, æſtatis nuncia; tributa pendit, in quo loco ſuos nidos habet, ſingulis annis; primo anno plumam, ſecundo ovum, tertio pullum. Redeunt non ſine tempeſtate, & vulgi perſuaſione haud ſine omine. Qui enim primò volantem viderit, huic ſignificari lucroſa itinera & annum felicem volunt: qui ſedentem, infortunata ei & tædioſa negotia.

Si nix hoc tempore cadit, ſegetibus eſt pernicioſa.

Philomela & cuculus primò cernuntur.

Philomelæ cantare incipiunt, cùm primò arbores vireſcunt, ſeu cùm ſylvæ incipiunt opacare, ac quindecim diebus ac noctib. continuè, & ſine intermiſsione modulantur. Sunt valdè dociles, ita ut etiam exprimere poſsint hominum voces, ſi caveis ſint incluſæ. Antequam canere deſinunt, colorem & vocem mutant.

Tu Philomela potes vocum diſcrimina mille,
Mille potes varios ipſa referre modos.
Nam, quamvis aliæ volucres modulamina tentent,
Nulla poteſt modulis æquivalere tuis.

Cuculi ova ſua aliis excubanda tradunt. Rarò cuculant poſt feſtum S. Iohannis. Incipiunt autem clamare, cum fagi folia emittunt ſeu vireſcunt: Hyeme ſe implumes abſcondunt.

Coque in Martio cereviſiam: hæc & diu durare poterit, & erit ſalubrior, quàm quæ reliquis Menſibus coquitur. Paulò poſt Æquinoctium vernum cervis cornua decidunt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Tempore cum verno nox eſt æquata diei,
Paulò poſt Cervis cornua dura cadunt.

ALIUD.

Circa Oculi velox deponit cornua cervus,
Infligens duris fortiter arboribus;

Quò ſeniores cervi, eò citius dejiciunt cornua.

Cervi urgentibus canibus ultrò confugiunt ad hominem: viasq; humanis tritas veſtigiis minùs cavent, quàm ſecretas & feris oportunas: ſingulisq; annis dejiciunt cornua, eaq; abſcondunt locis inacceſsis. Et quamvis Ariſtot. ſiniſtrum, Plinius verò & Albertus Magnus dextrum ſolummodo velint abſcondi: ego tamẽ experientiâ utrumq; abſcōdi comperi, & meipſum aliquoties utrumq; invenire memini. Quotannis cornua reparant uſq; ad aliquot annos. Venatores ætatem ipſorum conjiciunt ex dentibus. Habent enim aut paucos, aut nullos, nec in cornibus imis ramos, qui prominent ante frontem junioribus.

Quando carent cornibus, noƈte procedunt ad pabula. Nam interdiu non audent imbecillitatis & infirmitatis ſuæ conſcii: ubi creverunt, ea ad arborem experiuntur.

Eſtq; animal fugax, lubricum, fallax, timidum, longis anfraƈtibus fruſtratur Venatorem, homini tamen utile: utpote cui plurimum commodi præſtant hæc ſequentia: Caro, ſevum, adeps, pinguedo, medulla, lingua, labia, ſordes oculorum, os de corde, libido & natura, lachryma, cornua, teſtes, genitale membrum, & cutis, cauda excepta: ea enim quia tota venenata, fugienda eſt. Quia Venatores arbitrantur fel Cervorum in cauda latere.

Hæc

Hæc omnia præſtantiora exiſtimant, ſi Cervi capti fuerint medio Auguſti uſque ad Idus Septembris, hoc eſt, intra duo D. Virginis feſta.

Delectantur Muſicalibus inſtrumentis, præſertim humana voce. Arrectis auribus acutè admodum audiunt, demiſsis nihil obſervant: propterea Venatores id videntes eos aggrediuntur.

Philippus Dux Holſatiæ cervam cornutam paulò ante obitum ſuum cæpit, quales & aliis locis captæ ſunt.

Inde quidam volunt concludere, quòd Cervi naturam ſexus mutent: quod ego tamen non credo.

Fœminæ ante partum purgant ſe herba, quæ dicitur Siſeris ad faciliorem partum, uterum ferunt octonis Menſibus, pariunt interdum geminos, à conceptu ſeparant ſe, relicti mares à libidine pruriunt; febrem non ſentiunt, quin potius huic morbo medentur: Unde Illuſtres Romanorum mulieres contra febrem hac carne ſingulis diebus veſci ſolitas accepimus. Felle carent. Cornibus amiſsis deliteſcunt. Horum accenſorū odore fugantur ſerpentes, & comitiales morbi deprehenduntur. Vermes habent in capite: Fodiunt ſcrobes: tunc eorum roſtra nigreſcunt, donec imbribus abluant: Caro eorum manè commanducata, vitam hominis augere dicitur. Longævi ſunt, annosq; centenos excedunt.

Dente timetur aper, defendunt cornua cervum.

21. Martii Benedicto ſacer. *21. Martii Benedictus.*

At Divi circa Benedicti Verna ſeruntur
Hordea; tùm bibulis terræ complentur avenis.

ALIUD.

Hordea ſed circa Benedicti ſparge, & avenas

Sere hordeum & avenam; ſed conſuetudo loci & qualitas atq; ubertas ſoli in ſationibus atq; plantationibus eſt obſervanda, monente Virgilio:

Et quid quæq; ferat regio, & quid quæq; recuſet,
Hic ſegetes, illic veniunt felicius uvæ,
Arborei fœtus alibi, atq; injuſſa vireſcunt
Gramina.

Semen optimum anniculum, bimum deterius, trimum peſſimum; Ultrà ſterile: Idq; optimum, quod graviſſimum.

Quanquam verò

Martius adducit redeuntis tempora veris:
Attamen interdum dura recurrit hyems.

Leporem venare. Inſidiæ iſti ſtruuntur per totum annum. Nam omnium prędæ natus, innocuum & fœcundum animal concipit & parit. Dormit oculis apertis, quieſcit interdiu, nocte vagatur, locum natalem amat: habet pedes poſteriores longiores, quàm anteriores, propterea faciliùs currit aſcendendo montes quàm deſcendendo, excitat ſe ad fugam auribus in tergum declinatis.

Obſervatum eſt, veteres putaſſe, ſi lepus viam in itinere tranſcurreret, id ominoſum eſſe & inauſpicatum ac infortunatum quiddam præſagire.

Auritum eſt, timidumq; animal, ſed dulce palato,
A levitate pedum quod leve nomen habet.

Graviſſimi auctores, qui rerum naturalium hiſtoriam conſcripſerunt, & Poëtę quoq; tradunt, eſu leporis venuſtatis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

ſtatis decorem in ſeptimum aut nonum uſq; diem prorogari: Quod ſi verum eſſet, mulieres omnem mundum pro leporibus expenderent. Hoc credo Plinio, cerebro leporis perunctis gingivis, pueros facilè dentire: Et Catoni, leporum cibo ſomnolentos fieri.

Vinum vetus diffunde.

Collige ranarum ſperma, cùm ut diſtilletur, túm ut ei intingatur pannus, ſiſtendo ſanguini aptiſsimus.

Ranæ linguam habent & vocem, ova edunt, ſemeſtri vivunt duntaxat ſpacio: Inde in limum denuò convertuntur, vere rurſus novo nova procreatur ſoboles. Noctu attritu utuntur & hymenæum peragunt, temporis præſagæ exiſtunt, cujus mutationem multa coaxatione denunciant.

Rana de ſe loquitur.

Vox mihi rauca, aures radit, ſum garrula linguâ,
Ulvâ ſub ſterili mollia regna colo;
Vitaq; vere novo rediviva recurrit in artus,
Candidæ avi, gracili cruribus eſca petor.

Piſa, Cępas, Petroſelinum & reliqua ſemina & olera ſere.

Roſas & alios frutices & herbas in hortis tranſpone.

Piſces ſpermatizare incipiunt, Lupi, Funduli, Smarides, Percæ, Gobii: & tunc ſunt eſu inſipidi.

De omni autem piſcium genere & hoc notandum, quód mares fœminis ſunt præſtantiores.

Accipitres omnis generis ſive Aſtures ſive Sperberios, qui Niſi quibuſdam ſunt, ultimis Martii diebus cape, & uſibus tuis educa: qui tum, quia hyeme nobiſcum manent, capi poſſunt, & paulò póſt capti aucupiis aſſuefieri.

25. D. Martii. Feſtum Annunciationis Mariæ, vel potius

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Conceptionis vel Incarnationis celebratur, quo Æquinoctium vernum fuit tempore Julii & Auguſti Cæſarum.

Eodem Menſis die factus eſt victima JESUS in ligno Crucis, anno à Nativitate ſuâ trigeſimo quarto, die Veneris, illuſus, conſputus, flagellatus, cæſus, accuſatus, damnatus, Cruci affixus, mortuus & ſepultus. Reſurrexit autem tertia die, quæ eſt noſtra Dominica dies.

Nam die Paraſceves, qui eſt noſter dies Veneris, hora ſexta eſt Crucifixus: nona, quæ eſt noſtra tertia Pomeridiana mortuus, & adhuc ante Solis Occaſum ſepultus eſt.

Hic fuit dies primus, quo jacuit in ſepulchro circiter horas tres. Nam horâ ſextâ crucifixus eſt, nonâ expiravit.

Judæi enim incipiunt diem à veſpera, adducti auctoritate Moſis, qui ait: Veſpere & mane factum eſſe diem.

Ita Chriſtus & conceptus eſt, & mortuus in Æquinoctio Verno.

Natus eſt in Solſtitio hyberno.

Hæc præmiſſa recenſui, qualiter ea ex multorum computationibus tradita accepi. Si verò certiora quis attulerit, ejus ſententiæ libenter cedam, & a mea deſiſtam. Mordicus enim, certis ac firmis argumentis convictus conceptas opiniones defendere non conſuevi.

MANTUANUS.

Hæc igitur præclara dies vigeſima quinta
Menſis apud veteres primi, damnata fugavit
Secula, & ætati fecit primordia ſanctæ.
Propterea non immeritò ſibi vendicat anni

Princi-

Principium penes Etruſcos, & digna videtur
His titulis, viditq́ꝫ Deum deſcendere ab aſtris
Ante alias, & prima fores aperire ſalutis
Digna fuit.

CHYTRÆUS.

Sed jam primigeni quinta & vigeſima menſis
Lux oritur, lux cara Deo, lux inclyta caræ
Chriſti Eccleſiolæ, priſci quo tempore ſecli
Aureus æquales ſe Sol referebat ad ortus.

Uſitatum eſt colonis prædicere tot tempeſtates pluvias æſtate oborituras, quot dierum in Martio nebuloſa fuerit conſtitutio, totq́ꝫ Paſcha conſecuturas pruinas, & Auguſto Menſe effumaturas nebulas, quot noctibus Martius irrorârit.

Ab Æquinoctio præſenti per vernum tempus, commodum admiſſuræ equorum tempus ſtatuitur ad Solſtitium uſq́ꝫ æſtivale. Ita enim pulli undenis Menſibus lati duodecimo, vernante tempore, gignuntur, & in lucem eduntur.

Sues in coitu ſpumam ore fundunt; & per annum bis pariunt: hoc nimirum Menſe & Septembri.

Quatuor Menſibus fœtæ, quinto pariunt: vicenos quandoq́ꝫ enituntur porculos, ſed tam multos educare nequeunt: partus per bimeſtre lactant, pingueſcunt diebus 60.

Admiſſura eſt à Favonio ad Æquinoctium vernum, implentur uno coitu, mares poſt trimatum non generant.

Fœminæ ſenio confectæ cubantes coëunt.

Fœtus comedunt nonnunquam.

Vivunt ad annos 15. nonnulli ad vicenos.

Ajunt, ſuem excolatum citò emori.

Obnoxii ſunt anginæ & ſtrumæ.

Caſtrato ſues bimeſtres veris & autumni tempore, ut videlicet neq; æſtus neq; frigora periculum afferant.

Sus potiùs cœno gaudet quàm fonte ſereno.

Anſeres pariunt à Martio uſq; in Æſtatem. Incubare ovis rerum ruſticarum Scriptores perhibent modò dies 28. modò 29. modò 30. prout loci ac ſoli clementia ſubvenerit.

Velluntur ter ſingulis annis: Infrà in Aprili.

Plumæ præciſæ non facilè creſcunt, ſed vulſæ renaſcuntur: ac meliores eæ, quæ corpori proximæ. Anſeres ſtomacho ſunt calidiſsimo. Gaudent herbis riguis & frigidis.

Phaſiani itidem fœtus ſui & excluſionis initium nunc faciunt.

Gallinæ etiam ſoboli incumbere incipiunt: ac fœturam in hyemem uſque extendunt. Ova autem Luna creſcente ſupponi volunt feliciùs.

Columbæ pariter, ſi cœlum tepidius, in Martio ſtatim pariunt: iſthoc totum annum continuato opere; eo excepto tempore, quod brumæ ac verno Æquinoctio intercipitur. Nihil fermè his eſt fœcundius. Quadragenis diebus concipiunt pariunt, incubant & educant.

Columba augurium deſignat felix: Sanguis ejus multis commodè deſtinatur uſibus.

Corvi per Quadrageſimam pullos excludunt, incubant ovis 20. diebus, & plerunque habent quinq; pullos.

Strepi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Strepitu ingrato clamantes periculum impendere & ærumnas ſignificant. Corvi & Cornices ſemper caput eò verſum habent, unde venti flant, ne plumæ diſturbentur.

VIRGILIVS.

Tùm cornix plenâ pluviam vocat improba voce:
Et ſola in ſiccâ ſecum ſpaciatur arenâ.

Quin & hoc Menſe Bubo, funebre noctis monſtrum, quod his Cimbricis locis nidos exſtructos habet, pullos alit. Magnitudine aquilæ eſt, & ab aliis avibus, quæ in luce habitant, impugnatur.

Eſtq; avis feralis, debilis ad volatum, in cavernis, lociſq; deſertis commorans.

Ad aucupium, idem ejus eſt uſus, qui Noctuæ; canit grave ſeu gemit potiùs: hinc verſus:

Bubulat horrendum ferali carmine Bubo,
Humano generi triſtia fata ferens.

Propterea viſus in urbibus ſuſpicionem affert & portentum futuri mali.

Aves nigræ inauſpicatæ ſunt, ut Corvus, Cornix, Bubo.

Noctua in imbre garrula ſerenitatem: ſereno tempeſtatem præſagit.

Pica novenos parit, imitatrix humanæ vocis paſcit parentes ſenio confectos, habet uſum viva diſſecta in morbis articulorum, ubi loco affecto imponitur.

Pica loquax varias modulatur gutture voces,
Scurrili ſtrepitu, quicquid & audit, agit.

Quando

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Quando pica nimium gutture ſtrepit & clamat, hoſpites adventare vulgus autumat.

Ut corpus foveas, ut balnea ſæpius intres,
Sis memor, aſt vinum nunc Veneremq́; fuge:
Jam puris te paſce cibis & pharmaca linque,
Quin etiam venæ ſectio ſæpè nocet.
Cùm ſiccus fuerit, bona tempora denotat anni,
Martius, & frugum fertilitate beat.

Dulcia tùm proſunt acri condita ſapore.

TABULA APRILIS.

Obſervationes Oeconomicæ & Medicæ in Aprili.

Frondibus arbores induit, telluremvè aperit, purgare mandat, Paſchalia celebrat, verq́; reportat.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Calendarium Vetus Iulian.			Novum Gregorianum.			Loc. ☉ ♉	Quan. Dier.		Quan. Noct.		Ortus Solis.		Occa. Solis.		Hor. Pla. per quā
Feſta ſtabilia.	Dies.	Calend; No Idus.	Feſta ſtabilia	Dies.	Calend; No. Idus.		H.	M.	H.	M.	H.	M.	H.	M	H M
Leonis	11	3. Idus April.		21	11. Cal. Maij	1	13	53	10	7	5	3	6	57	
Papæ.	12	Prid. Id April.		22	10. Cal. Maij	2	13	56	10	4	5	2	6	58	1. 10
	13	Idus Aprilis.	Georg.	23	9 Cal. Maij	3	13	59	10	1	5	1	6	59	
Tiburti	14	18. Cal. Maij.		24	8. Cal. Maij	4	14	2	9	58	4	59	7	1	
Valeri.	15	17. Cal. Maij.	Mar. Ev.	25	7. Cal. Maij	5	14	5	9	55	4	57	7	3	1. 11
	16	16. Cal. Maij.	Cl. & Ma.	26	6. Cal. Maij	6	14	9	9	51	4	55	7	5	
Anicleti	17	15. Cal. Maij.		27	5. Cal. Maij	7	14	12	9	48	4	54	7	6	
Papæ.	18	14. Cal. Maij.		28	4. Cal. Maij	8	14	15	9	45	4	52	7	8	
	19	13. Cal. Maij.		29	3. Cal. Maij	9	14	18	9	42	4	51	7	9	1. 12
	20	12. Cal. Maij.	MAIVS.	30	Pri. Cal. Maij.	10	14	22	9	38	4	49	7	11	
	21	11. Cal. Maij.	Phil. Iac.	1	Calend. Maij.	10	14	26	9	34	4	47	7	13	
So. & Ca	22	10. Cal. Maij.	Ach. Ep.	2	6. Non. Maij	11	14	29	9	31	4	45	7	15	1. 13
Georgii	23	9. Cal. Maij.	Invent.	3	5. Non. Maij	12	14	32	9	28	4	44	7	16	
Martyr.	24	8. Cal. Maij.	Crucis.	4	4. Non. Maij	13	14	36	9	24	4	42	7	18	
Mar. Ev.	25	7. Cal. Maij.		5	3. Non. Maij.	14	14	39	9	21	4	40	7	20	1. 14
D. Cleti.	26	6. Cal. Maij.	Ioan. ante	6	Pri. Non Maij	15	14	42	9	18	4	39	7	21	
& Mant.	27	5. Cal. Maij.	por. lat.	7	Nonæ Maij.	16	14	45	9	15	4	37	7	23	
Vitalis.	28	4. Cal. Maij	Ap. S. M.	8	8. Idus Maij	17	14	48	9	12	4	36	7	24	
	29	3. Cal. Maij.	Greg. Ep.	9	7. Idus Maij.	18	14	51	9	9	4	34	7	26	1. 15
MAIVS.	30	Pri. Cal. Maij	Gordian.	10	6. Idus Maij.	19	14	54	9	6	4	33	7	27	
Phil. Iac.	1	Calend. Maij.	& Epi.	11	5. Idus Maij.	20	14	57	9	3	4	32	7	29	
Ath. Ep.	2	6. Non. Maij	Nerei &	12	4. Idus Maij.	21	15	0	9	0	4	30	7	30	
Invent.	3	5. Non. Maij	Arch.	13	3. Idus Maij.	22	15	2	8	58	4	29	7	31	1. 16
Crucis.	4	4. Non. Maij.	Bonifac.	14	Prid. Id. Maij.	23	15	5	8	55	4	28	7	33	
	5	3. Non. Maij.		15	Idus Maij.	24	15	8	8	52	4	26	7	34	
Ioh ante	6	Pri. Non. Maij		16	17. Cal Iunij	25	15	11	8	49	4	24	7	36	1 17
por. lat.	7	Nonæ Maij.		17	16. Cal. Iunij	26	15	14	8	46	4	23	7	37	
Ap. S. M.	8	8. Idus Maij		18	15. Cal. Iunij.	27	15	17	8	43	4	21	7	39	
Greg. Ep.	9	7. Idus Maij	Pruden-	19	14. Cal. Iunij.	28	15	20	8	40	4	20	7	40	
Gordian.	10	6. Idus Maij	tianæ.	20	13. Cal. Iunij.	29	15	22	8	38	4	19	7	41	1 1[illegible]
	11	5. Idus Maij.		21	12. Cal. Iunij	♊	15	24	8	36	4	18	7	42	

Cal. April *Non April* *Idus April. 18 Cal. Maii.*

Aprilis AMBROSIO *gaudet, cui Martyr* TIBVRTIVS.

Prid. Cal. Maii.

Prædicat mox futuram MARCI *ſtationem.*

Aprilis, ♉ Taurus.

Aprilis ſic dictus, quòd aperiat terram, & quòd in eo recluſa tellus germinare incipiat.

MANILIVS.

Aprilem Veneri ſacrum fecere Quirites,
Quòd Venus Æneæ genitrix, qui condidit urbem
Romulus Æneades. Quòd verò ſemina rerum
Omnia, tellurem, fruges aperiret, & annum,
Nominis id Menſi fecit Romana vetuſtas.

Item:

Ut terræ vires aperit, ſic corpus Aprilis,
Noſtraq; ſunt multis pervia membra poris.
Humores nimios, vinum, venterq; ſolutus,
Et labor, & Cypris, venaq; ſecta levant.
Frondibus Aprilis ramos viridantibus ornat,
Jamq; redit pratis, arboribuſq; decor.
Aprilis raſtrum tollendo temperat agrum.

Item:

Nunc plantare decet, nunc vomere ſcindere terram:
Et ſerere excultis ſemina quæq; locis:
Nunc cape quæ purgent, venam permitte ſecari,
Et victus ratio quæ ſit habenda, vide.

Ceſſit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Ceſsit hyems: miles jam linque hyberna: ſit haſta,
Sit clypeus præſto, ſit mucro vere novo.

Item:

Prolificâ in terrâ ut creſcit natura vigetq;
Turget, & augmentum ſic quoq; ſanguis habet.
Hunc igitur minuas, ſis frugi, rura frequenta,
Inſectare feras, inſere, arato, ſere.

4. Aprilis, Ambroſio Epiſcopo Mediolanenſi ſacer.

Tene hanc Regulam.

Si quæ vis terræ mandare ſemina, plantare herbas fruticeſq;, tranſponere arbores, inſerere ſurculos, amputare frondes & ramos, ac ſi quid præterea ad diligentem hortorum culturam pertinet, illud omne debet fieri Menſe Martio, Aprili, & in principio Maij, in Septembri item & Octobri. Quam autem conſerere volumus verno tempore terram, iſtam præparabimus ac fodiemus in Autumno, ac vice verſa.

Sic enim terra iſta utrinq; benè percocta, cùm æſtivo Solis calore, túm hyberno frigore, nimirum Solem pariter & frigus quę ſenſit, votis optimè reſpondet avari agricolę.

Sere hordeum & avenam, ſi præterito tempore neglexeris.

Sparge fimum pinguem, & multâ memor occule terrâ.

Apes alveariis tùm ſolent exire, quare mella illis dato.
Cucurbitas & id generis alia ſere.
Salices reſeca & terræ commenda.

Salix autem eſt arbor viminoſa, infrugifera, amaro cortice, culta quarto cæditur anno, & vinculis præparatur. Abſciſſa citò repullulat: Mutationem loci facilè patitur in juventâ.

Agnos caſtrato ante feſtum Paſchatis.

Aprilis viridi conveſtio gramine campum.

23. Aprilis. Equitis Georgii, latinè Agricola, aut colens terram dicti, memoria recolitur.

Diffunde vina.

Sere cannabim & linum.

Anguillas, cùm alni folia producunt, in ciſtis cape.

Boves caſtrato, ut aratro aptiores ſint & utiliter ſaginari poſsint. Hi ſoli animalium retrò ambulantes paſcuntur. Habent lapillum in capite, quem expuunt, ſi necem timent.

Fœminæ vivunt ad annos XV. Mares XX. Robur ejus inquinetur, pingueſcunt lavatione calidæ aquæ.

Hi ſocii ſeminum in ruſtico opere & Cereris miniſtri.

OVIDIUS.

Forda ferens Bos eſt: fœcundaq; dicta ferendo:
Hinc etiam fœtus nomen habere putant.
Nunc caret aura fide, nunc eſt obnoxia ventis.

24. Aprilis, Marco Evangeliſtæ ſacer, qui idem quod Politus ſignificat.

Ante diem Marci ſtrepitum quot rana diebus
Edit, poſt illum tot quoq; muta ſilet

Si Luna decreſcens, quæ incidit ſtatim poſt D. Marci feſtum, cum Saturno conjungitur, omnem eo anno ſpem vini tollit.

Quem-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Quemadmodum ceraſa florent, ita judicium ſumunt de futuro vini flore.

Anſeres depluma tribus vicibus: hoc Menſe, deinde in æſtate, ultimò in Autumno.

Arietem admitte ovibus, agnos ſejunge.

Columbus propter genuinum timorem nidificat in ſummis locis. Fidem ſervant in matrimonio.

Mutua ſemper illis ante coitum eſt exoſculatio.

Bina pariunt ova: Primùm mas, deinde fœmina. Nihil illis fœcundius, quadragenis diebus concipiunt, intervallum tantùm ad Æquinoctium facientes. Quum bibunt, colla reſupinant, largè bibunt, jumentorumq; modo. Vivunt columbæ annis octonis.

Columbas domi paſce, cùm ex agris alimenta petere non poſsint.

Attagen, quem Gallum betulæ aut corylorum vocant, quòd gemmis betulæ veſcatur, inter corylos verſari ſolitus, tam diu cucurrire ſolet, donec betulæ folia producunt, & gallinâ incubante ovis ſilet, tu illum clamantem manè perſequere.

Frondibus Aprilis ramos viridantibus ornat:
Jamq; redit pratis arboribusq; decor.

ALIUD.

Aprilis Raſtrum tollendo temperat agrum.

Apiaria vetera purga, nova erige.

Humido Vere melior fœtus, in ſicco mel copioſius.

Præſagiunt apes hyemem & imbres, ſi non volant.

Hoc Menſe circa feſtum Paſchatis ſingulæ aves ferè comparem ſibi quærunt, invicem coeunt, nidos faciunt,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

ova pariunt, ut anſeres, annates, falcones, vultures, ululæ, upupæ, ſturni, perdices, coturnices, merulæ, turdi, pici, alaudæ, cardueles, ardeæ, reguli, paſſerculi & reliqua genera minutarum avium.

Turdi in cacuminibus arborum nidificant luto: à coitu decem diebus ova matureſcunt in utero. Frequentes in Germania ſunt hyberno tempore.

Paſſerculi circa ſepes & muros victum quærunt, ut & reguli.

Paſſeres autem ſalaciſsimi ſunt, & argutiſsimi, vita breviſsima. Mares diutius anno non vivere argumentum eſt, quia nullus veris initio apparet.

Vultur avis rapax tardè volat propter corporis molem: cadavera ſectatur, & carne vivit.

Pavo concipit tertio vitæ anno, quo ferè varietate colorum induitur. Vivit annos viginti quinq; ut Plinius lib. 10. cap. 20. teſtatur: Gemmatos laudatus expandit colores, adverſo maximè ſole, quia ſic fulgentius radiant, ut ibidem. Glorioſus eſt, & invidus. Erecto pennarum flabello ſeipſum miratur. Pavonis caro, ut author eſt Auguſtinus, non facilè putreſcit.

Palumbi vivunt ad annos 40. Hyeme muti, vere vocales. Sunt autem ſylveſtres columbæ. Pariunt poſt Solſtitia bis in anno ova terna, nec tamen plus duobus educant. Palumbes incubat fœmina poſt meridiem in matutinam, cætero mas. Purgant ſe lauro. Hyeme abeunt.

Turtures vere occultantur, pennaſq; amittunt: cum bibunt, colla non reſupinant: octonis vivunt annis. Bis anno pariunt ova plurimum terna.

Hoc tempore prudens & bonus Venator, Piſcator & Auceps debet venatione, aucupio & piſcatu abſtinere, ne fœtus & ova corrumpantur.

Omne

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Omne adeò genus in terris hominumq́; ferarumq́;
Et genus æquoreum, pecudes pictæq́; volucres
In furias ignemq́; ruunt, amor omnibus idem.

ALIUD.

Omnia Vere vigent, & Veris tempore florent;
Et totus fervet Veneris dulcedine mundus.

De perdicibus hæc habe: Hyeme in agris manent, cæteræ aves non item. Sunt pulveratrices non altivolantes, libidinariæ & ſalaciſsimæ, aſtutæ, humi nidificantes in denſis ſpinis & fruticibus, non pingueſcunt captæ, ad inſtar leporis. Septimo die pullos excludit, parit quindecim ova.

Ponitur in noſtris avis hæc creberrima menſis,
Flet viduus perdix, queritur peregrina coturnix,
Incluſi caveis.

Sequentes piſces ſemina nunc ſua jaciunt aut deponunt, Percæ, Alburni, Albicæ ſive Leuciſsi, Rubelli ſive Rutuli, Muſtelæ fluviatiles.

Piſcium viſus maximè fallitur circa Solis ortum & occaſum: Proinde eo tempore cape.

Poſt tres ſæpè dies piſcis vileſcit & hoſpes,
Ni ſale conditus ſiet, aut ſpecialis amicus.

Moro vireſcente nullum vehemens & nocivum frigus ſegetibus ac arboribus eſt metuendum.

Dicitur autem Morus à mora, quòd omnium poſtrema germinet, tardiſsimè ſeneſcat, fructibus minimè laborans.

Morum poſt prandium ſumtum, per æſtatem, ſanitati plurimum conferre exiſtimant.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Lucæ 21.

Videte Ficum & omnes arbores, cùm protrudunt jam gemmas, cernentes ex vobis ipſis, ſcitis quòd jam inſtat æſtas.

Verres caſtrato circa tempora Paſchatis, Lunà decreſcente: Quod in Hœdis, Arietibus & jumentis quoq; ſervandum.

Sere Nicoſianam, aut petum marem, circa 15. Aprilis; Creſcit hæc herba etiam his in locis: In Hiſpania ſeritur, in Auguſto. Folia ejus ad omnis generis vulnera ſananda, ijs ſuperimpoſita, magnam vim habent, ità ut & Ruſtici, his in locis, in curandis vulneribus, iis utantur. Renaſcitur ex ſemine, quippe propter frigora, his in oris, per hyemem durare non poteſt.

Sanguine, crede mihi, túm corpora noſtra redundant,
Cum, qui terram aperit, Menſis Aprilis adeſt.
Cura igitur moneo, tibi dextræ vena ſecetur,
Juſtus & in potu ſit modus, inq; cibo.
Excute pigritiam membris: tibi ſume laborem,
Ocia non proſunt: proderit ergo labor,
Venari lepores, committere ſemina terræ,
Aut etiam gratas inſerviſſe pyros.

Sturionem cape uſque ad Menſem Junium.

Cibi parum aut nihil admittit Sturio, cúm ſola aëris ſerena tranquillitas ad cibum ei ſufficiat. In mari & fluminibus reperitur, è mari namq; adverſo remigio in aquas dulces evagatur, æſtivis menſibus tam in fluminibus quám in mari parturit: optimè nutrit; venerem ſtimulat, & ſanguinem modicè refrigerat.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Apud nos Stora fluvius nomen à frequenti capturâ Sturionum accepit.

Talpæ oculis capti frumentum in area populantur; ſimiles propè ſunt muribus.

Terram excavant, in qua effodiunt ſibi cubilia; dicente Vergilio,

Aut oculis capti fodêre cubilia talpæ.

Agniculos magno numero largitur Aprilis,
Qui bona paſtori ſpes gregis eſſe ſolent.
Quando maturè ſeritur, benè creſcit avena,
Si non ſit pluviâ plenus agellus aquâ.
Haud facies veris tàm blanda eſt, quin nive pura
Contegat arbuſtis ſtipitibuſq; caput.
Ut varias formas mutabilis induit aër,
Cùm dubius clauſam laxat Aprilis humum:
Sic regum favor eſt, ſic mens in amore puellæ,
Et roſa cum foliis emoritura ſuis.

Unde etiam vulgò de Aprili,

Aura, roſæ ſpecies, favor aulæ, gratia Nymphæ,
Cognata violant mobilitate fidem.

Cygni ova pariunt Vere, & plerunq ue tertio ætatis anno primùm: Aves ſunt æſtate exules, hyemis indigenæ, ac eo tempore in lacu aliquo turm atim agunt, quo-

rum ſi multi fuerint, ingentis frigoris eſt ſignum. Hos tunc transfige.

Eſt autem Cygnus avis candida, major anſere, argutæ vocis, qui imminente morte dulciſsimè cantat, & velut funus propinquum deplorat. Hinc verſus:

Carmina jam moriens canit exequialia Cygnus,
Cantator Cygnus funeris ipſe ſui.

Huic quidem à nonnullis parum habetur fidei: Verum ita ſe rem omnino habere, teſtis ego oculatus, qui & meis auribus canentem audivi, & ſtatim morientem vidi, affirmo.

Tùm bonus eſt annus, feliciter omnia creſcunt,
Replentur cellæ ac horrea læta ſimul.
Martius exſiccat cùm terram, humectat Aprilis,
Frigidulumq́; ſequens aëra Majus habet.

TABVLA MAII.

Obſervationes Oeconomicæ & Medicæ in Majo.

Venando tempus conſumit, flores producit, ex his butyrum facit, cuncta animalia exhilarat.

Ma

Calendarium Vetus Iulian. Feſta ſtabilia.	Dies.	Calend. Non. Idus.	Novum Gregorianum. Feſta ſtabilia	Dies.	Calend. Non. Idus.	Loc ☉ II	Quant. Dier. H.	M	Quant. Noct. H.	M.	Ortus Solis. H.	M.	Occa. Solis. H	M	tor Pla… H M
Nerei &	12	4 Idus Maij.		22	1. Cal. Iunij.	1	15	26	8	34	4	17	7	43	
Arch.	13	3. Idus Maij.		23	10. Cal. Iunij.	2	15	28	8	3.	4	16	7	44	
Bonifac.	14	Prid. Id Maij.		24	9 Cal. Iunij.	3	15	30	8	30	4	15	7	45	
	15	Idus Maij.	**Vrbani.**	25	8. Cal. Iunij.	4	15	32	8	28	4	14	7	46	
	16	17. Cal. Iunij	Eleuther.	26	7. Cal. Iunij	5	15	34	8	23	4	13	7	47	1 19
	17	16. Cal. Iunij.	Iohan. Pap.	27	6. Cal. Iunij	6	15	36	8	24	4	12	7	48	
	18	15. Cal. Iunij.		28	5. Cal. Iunij	7	15	38	8	2.	4	11	7	49	
Pruden-	19	14. Cal. Iunij.		29	4. Cal. Iunij	8	15	40	8	20	4	10	7	50	
tianæ	20	13. Cal. Iunij.	Fel. Pap.	30	3. Cal. Iunij		15	4.	8	18	4	9	7	51	
	21	12. Cal. Iunij.	Petronel.	31	Pri. Cal. Iunij	9	15	44	8	16	4	8	7	52	
	22	11. Cal. Iunij.	IVNIVS.	1	Calend. Iunij	10	15	46	8	14	4	7	7	53	1. 20
	23	10. Cal. Iunij	Marcell.	2	4. Non. Iunij	11	15	48	8	12	4	6	7	54	
	24	9. Cal. Iunij.	Petri &	3	3. Non. Iunij	12	15	50	8	10	4	5	7	55	
Vrb. Pa.	25	8. Cal. Iunij.	raſ	4	Pri. Non Iunij	3	15	52	8	8	4	4	7	56	
leuthe.	26	7. Cal. Iunij.		5	Nonæ Iunij	14	15	53	8	7	4	3	7	57	
ohan. Pap	27	6 Cal. Iunij.		6	8. Idus Iuny.	15	15	54	8	6	4	3	7	57	
	28	5. Cal. Iunij		7	7. Idus Iunij.	16	15	56	8	4	4	2	7	58	1. 21
	29	4. Cal. Iunij.	**Medard.**	8	6. Idus Iunij.	17	15	58	8	2	4	1	7	59	
elic. Pa.	30	3. Cal. Iunij.	Primi &	9	5. Idus Iunij.	18	15	59	8	1	4	0	8	0	
etronel	31	Pri. Cal. Iunij	Felic.	10	4. Idus Iunij.	19	16	0	8	0	4	0	8	0	
NIVS.	1	Calend. Iunij.	Barnabæ.	11	3. Idus Iunij.	0	16	1	7	59	3	59	8	1	1. 21
arcel.	2	4. Non. Iunij	Baſilidis.	12	Prid. Id. Iunij	21	16	2	7	59	3	59	8	1	
etri &	3	3. Non. Iunij.	Anton.	13	Idus Iunij.	22	16	2	7	58	3	59	8	1	
ra ſmi.	4	Pr. Non. Iunij.	Baſ. Ma.	14	18 Cal. Iulij.	23	16	3	7	58	3	58	8	2	
	5	Nonæ Iunij.	**Vi. Mod**	15	17. Cal. Iulij	24	16	3	7	57	3	58	8	2	
	6	8. Idus Iunij	**& Ioc.**	16	16. Cal. Iulij.	25	16	4	7	57	3	58	8	2	
	7	7. Idus Iunij.		17	5. Cal. Iulij.	26	16	4	7	56	3	58	8	2	
Medardi	8	6. Idus Iunij	Marci.	18	14. Cal. Iulij.	27	16	5	7	56	3	58	8	2	
rimi &	9	5. Idus Iunij.	**Gervaſii**	19	13. Cal. Iulij.	28	16	5	7	54	3	58	8	2	
lic	10	4. Idus Iunij.	**& Prot.**	20	12. Cal. Iulij.	29	16	6	7	55	3	57	8	3	
rnabæ	11	3. Idus Iunij.		21	11 Cal. Iulij	29	16	6	7	54	3	57	8	3	

Cal. Maii. *Non. Maii.* *Idus Maii.*

PHlip CRVcem invenit, btruncat PANcratius

7. Cal. Iun. *Prid. Cal. Iunii.*

Iucundum iam ver præterit, Vrbano redit æſtas.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Majus à Maja Mercurii matre dictus, cui hoc menſe ſacrificatum eſt.

Majus nunc equito per arva lætus,
Atque hac glorior aucupatione.

Omnia nunc florent, nunc formoſiſſimus annus,
Vernat humus, floresq; & mollia pabula ſurgunt.

MANTUANUS.

Maje tuas faciunt celebres duo feſta Calendas,
Atq; ſimul veniunt lucem duo gaudia in unam.
Manè ſub auroram cùm matutinus in herbas
Ros pluit: & Terei queritur Philomela rapinam,
Cùm ſoror occluſas nidi memor ante feneſtras
Excubat & garrit, &c.

1. D Maii, Philippi & Iacobi Apoſtolorum, quanquam etiam Walburgis, in nonnullis locis, memoria celebratur.

Philippus latinè ſonat idem, quod ſtudioſus rei equeſtris. Jacobus idem eſt, quod ſupplantator.

Cùm tuus eſt Jacobe dies & ſancte Philippe,
Nil ſegeti duro frigore pejus erit.

Pruina ſi hoc tempore decidat, herbas lædit: Eſt autem pruina vapor roridus, magis magisque, antequam in aquam reſolvatur, congelatus, unde & plurimum hyeme gignitur, cum nempe frigore materia ejuſmodi vaporoſa fortius rurſum conſtringitur; Si moderata fue-

rit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

rit aëris temperies, hoc tempore ros uberior cadit, & eſt naſcentibus herbis ſatisque utilior.

Eſt autem Ros vapor, cum terreſtri modico condenſatus, qui decidendo mox in aquam reſolvitur.

Roris ſpecies viſcoſior & pinguior melli liqueſcenti ſimilis, quæ ſplendente Syrio maximè ab arborum foliis colligitur, Manna eſt, quæ idcirco etiam mel ſylveſtre dicitur.

Ad paſcua jam pecus omne educitur. Quo nomine ruſticis & colonis dies hic ſolet eſſe gratiſsimus.

3. Maii, Inventio crucis.

Leo ſuperbum eſt animal, cujus præcipua generoſitas arguitur, quum colla & armos veſtiunt jubæ.

Leo, vbi pardi coitum ſentit, in adultera leœna ſupplicium ſumit, & tota vi conſurgit in pœnam.

Propterea Leæna culpam & odorem flumine abluit, aut conſcia ſceleris & maſculi, metu fugientem adulterum comitatur.

Fœmina primo partu parit quinque catulos, & per annos ſingulos uno minus, ab uno ſterileſcit.

Parit adeò parvos, ut vix poſt ſecundum Menſem ingredi valeant, quod accidit verno tempore.

Naſcuntur apertis oculis.

Solida habent oſſa & minimè vacua.

Hinnuli in Majo & Martio naſcuntur.

Equus equæ admittitur: & equorum pulli naſcuntur.

Equæ parituræ ſe erigunt ſtanteſque enituntur, cùm tamen cæteræ quadrupedes jacentes pariant. Dentes habet equus 40. Dum bimus eſt & ſex Menſium, medii dentes & ſuperiores & inferiores cadunt: Dùm quartum annum attingit, dejectis dentibus caninis, alii naſcuntur:

Intra ſextum annum molares cadunt: Omnes ſeptimo complentur: Senectute plus ſolito candeſcunt, quâ cæteris animalibus nigreſcunt. Plures ſunt dentes maribus quàm fœminis. Vitæ ſunt brevioris, quibus pauciores: Vivaciores, quibus plures. Aquam amant turbulentam in potu, ut videre eſt. Nam priuſquam bibant, limpidam pedibus interturbant: Quatriduanam ſitim poſſunt tolerare, ſed poſtea avidiſsimè bibunt.

Eſt autem equus ſive caballus nobiliſsimum inter quadrupedes animal, utiliſsimumque multis modis humanæ vitæ, ingenii ſimul & corporis viribus præſtat, agnoſcens Dominum ſuum, & illum in periculis ſalvari cupiens, vivit diu, non tamen ultra 50. aut 60. annos.

Ariſtoteles Equis vitam annorum viginti quinque aſſcribit: Plinius tamen ait, Mares ad annos 33. generare, & Fœminas gignere ad annos 40.

Fœminæ finem creſcendi faciunt poſt annos quinque: Mares anno addito.

Mares quoque citiùs perficiuntur in utero, quàm fœminæ. Pullus poſtquam genitus eſt, terram ante triduum ore non attingit. Qui pabulum avidiùs vorant, magis laborioſi creduntur.

Hinnitus illorum in præliis felix ſemper habitus eſt & proſper.

Varro probat equum brevi capite, nigris oculis, membris non confuſis, naribus non anguſtis, auribus applicatis, non anguſtâ jubâ, crebrâ, fuſca, ſubcriſpâ, ſubtenuibus ſetis implicatâ in dexteriorem partem cervicis, lato pectore & pleno, humeris latis, ventre modico, lumbis deorſum preſsis, ſcapulis latis, ſpinâ duplici, caudâ amplâ, cruribus rectis æqualibus introverſis, genibus rotundis, ungulis duris, toto corpore venoſo.

Cor-

Corporis verò forma conſtabit exiguo capite, nigris oculis, naribus apertis, brevibus auriculis, cervice molli, lato pectore, grandibus armis & rectis, lateribus inflexis, ventre ſubſtricto, teſtibus paribus & exiguis, caudâ longâ & ſectâ, criſpâque, mollibus & altis cruribus rectiſque, tereti genu parvoque, neque introrſus ſpectante, rotundis clunibus, feminibus toroſis, duris ungulis, concavis & rotundis, quibus coronæ mediocres ſuperpoſitæ ſint. Sic univerſum corpus compoſitum, ut ſit grande, ſublime, erectum, ab aſpectu quoque agile, & ex longo (quantum figura permittit) rotundum.

Deſcriptio generoſi equi Virgiliana primo verſu nonnihil mutato.

Frena ferox morſu ſonipes ſpumantia mandit,
Nec vanos horret ſtrepitus: illi ardua cervix,
Argutumq́ caput, brevis alvus, obæſaq́ terga,
Stare loco neſcit, micat auribus & tremit artus,
Collectumq́ premens voluit ſub naribus ignem,
Denſa juba & dextro jactata recumbit in armo,

Cujus.

Quadrupedante putrem ſonitu quatit ungula campū.

De amore equorum & fide in ſuos Dominos ſcribit Solinus, interfecto Nicomede rege, equum ejus inedia vitam expuliſſe. Ego multa exempla de fidelitate equorum & canum legi, audivi, & vidi.

Nunc vaccæ etiam ſocius admittendus, ita enim, *Pentecoſte.* cùm 10. Menſes fœtum gerat, pariet, quando læti ſunt gramine campi & læta pabula.

Vaccæ,

Vaccæ, poſt partum, ſingulis diebus, tribus vicibus, his in locis, mulgentur.

Ætas illorum cognoſcitur ex circulis, quos habent in cornubus, qua parte ex capite prominent:

Tauros habemus ſocios laborum & agriculturæ.

Nativum retinet Sulmo, mihi crede, ſaporem,
Lux Pentecoſtes proſpera, donec abit.

Hoc tempore etiam Lampreta eſt optima, & ejus captura commodiſsima: Lampretæ à petris lambendis nomen inditum eſt, promiſcuè in mari & fluminibus degit. Ejus generis ſunt & illæ, quas nos Neunogen appellamus. Hoc autem pacto majores apparantur: Cretico vino ſuffocantur, os nuce myriſtica eis obturatur, & reliqua foramina caryophillis, inde in ſartagine friguntur cum avellanis nucibus, pane, oleo, aromatibus & cretico vino.

CHYTRÆUS. 5. Faſtor.

Jam Sidus agrorum,
Hortorumq́ decus ſe Pæonis herba rubentem
Induit in florem, cujus cum murice certant
Stamina, luteoliq́ apices, aurumve crocumve
Exſuperant fulgore roſæ: lanugine tectis
Folliculis ſiliquæ, grana inſunt æmula cocco.
Parvula convalles etiam nunc lilia complent,
Candida, odorata, & vario medicamine nota.
Hortorumq́ novas monſtrat viridaria calthas

Fla-

Flavas, aureolas, numeroſo ſemine plenas,
Quas Sol exoriens aperit, Sol contrahit idem
Heſperias ſubiturus aquas:

Ovium partus in hoc tempus incidit: poſteaquam fœtum tulerunt dies 150; Quemadmodum & caprarum. Eſt autem hoc genus animalium fruticibus valdè nocuum. Quas enim arrodit, ſterileſcunt. Lac tamen utile ſenibus. Gerunt uterum 140 dies: & admittuntur ad coitum circa feſtum Martini.

Æſtate dum ad paſcua aguntur oves, faciem à Sole averſam habent: ne calore offendantur.

Circa hoc tempus prima ovium tonſura incipit, in qua tamen optimum eſt, cęli temperaturam obſervare, ne aut frigore tonſæ aut intonſæ lædantur calore. Unde fit, ut interdum ſemel ad tonſuram veniant circa Solſtitium, interdũ atq; alicubi bis, illis ſervatis cœli ſtatibus.

Animal eſt ſtultiſsimum & ineptiſsimum, ſed rei familiari valdè commodum, utpote non lucroſum tantùm, ſed & agris ſtercorandis utile.

Pellibus ovium recentibus ſanari & obliterari vulnera, ſcabiem, & vibices compertum eſt.

Et quid multis: Oves pellibus ſuis nos veſtiunt, carnibus nutriunt, fovent, & conſervant: inteſtinis demum chordiſq; inde factis non rarò nos reficiunt & excitant.

Alligat ad fuſtes hic Majus in ordine vites.

Circa finem hujus Menſis ſere raphanos, carduos altiles, rapas item, quarum ſatio & Auguſto Menſe non eſt incommoda.

Hoc Menſe Hyades oriuntur cum Sole.
Si pluit, vini exiguus erit proventus.

25 Maii Urbani eſt. Quemadmodum
26 Bedæ

Urbani circa plantetur braſsica in hortis.

Si eſt clara dies Urbani, ruſtici optima quæque ſibi de vino polliceantur.

Vinea cùm floret, plebs Vrbanum celebrabit.

CHYTRAEUS.

Hinc Vrbane tibi ſolennes praſtat honores
Vinitor, auricomi pleno cum tempore veris,
(Tempore quo læto pubeſcit vinea flore)
Stant vultus ſimulacra tui, quem textus inumbrat
Pampinus, & collo dependent vitrea dulci
Vaſa repleta mero.

ALIUD.

Menſibus his cancer bonus eſt, in nomine quorum
Deficit R, pueris litera nota bonis.

Hi piſces ſemina ſua jaciunt: Cyprini, quos Carpiones aut carpas vocant, Cyprini lati aut Praſini, aut omnia Bremarum aut bramarum marinarum genera.

Lacticinia hoc Menſe ob ubertatem omnium herbarum optima fiunt. Quanquam igitur prioribus Menſibus butyro atq; caſeo incumbi debeat: debebit tamen id fieri hoc Menſe potiſsimum.

Lætus ubi advenit Majus, pete roſcida rura,
Linque merum: potior ſit tibi lactis amor.

Bal-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Balnea tunc cole, tunc tibi commoda pharmaca ſume.
Et miſſo ſaliens ſanguine vena fluat.

Anſer ——— Canibus ſagacior Anſer

Pullos nunc habet, circa lacus & amnes faſtidita interdum terra verſatur; nocturnas agit excubias: Vigilias ſuas cantus aſſiduitate teſtatur: Leviter audit. Coit in aqua; parit vere, aut, ſi bruma coit, poſt Solſtitium. Acter quotannis parere proditum eſt, ſi prohibeantur fœtus ſuos excludere.

Animal ſtoliditatis ſuæ magna præbet indicia Nam vulture adventante volare; Vulpe inſequente currere ſolet.

Anſer locis conſitis inimicus eſt, quia ſata & morſu lædit & ſtercore. Uni maſculo tres fœminæ ſufficiunt. Plus parient, ſi gallinis ova illorum ſupponantur.

Anſeres ob jecur olim à Romanis ſaginabantur.

Judæi hodierno tempore ſaginæ hujus artifices, etiam per libras jecinora anſerum divendunt.

Hoc eodem tempore Anas in eodem eſt opere: Ova juxta paludes parit, eaque non pauca, & ſtatim a partu aquas petit; aquilam formidat.

Aquila enim inter alias aves principatum obtinet: ejus pennæ avium mixtas pennas devorant; Ex volatilibus nunquam fulmine tangitur.

MARTIALIS.

Tota quidem ponatur anas, ſed pectore tantùm
Et cervice ſapit, cætera redde coquo.

ALIUD

Menſis ubi fuerit Martis ſub nube ſerenus,
Et contrà pluviis fœtus Aprilis aquis.
Frigora ſi Majus ſecum trahat, aureus annus
Tunc tibi, & omnigenis fructibus uber erit.

TABULA JUNII.

Obſervationes Oeconomicæ & Medicæ in Junio.

Bella gerit, fœnum metit, oves tondet, mellificat, ſegetes ſpicis armat, Solſtitium affert.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Calendarium Vetus Iulian. Novum Gregorianum.															
Feſta ſtabilia.	Dies.	Calend No Idus.	Feſta ſtabilia.	Dies.	Calend No Idus.	Loc. ☽	Quan. Dier H.	M	Quan. Noct. H.	M.	Solis. Ortus H.	M.	Solis. Occa. H	M	Hor. Planetaria H.M.
Baſilidis	12	Prid. Id Iunij	Paulini.	22	10. Cal. Iulij.	0	16	6	7	54	3	57	8	3	1. 21
Anton.	13	Idus Iunij	Vig. (Ep.	23	9. Cal. Iulij.	1	16	6	7	54	3	57	8	3	
Baſ Ma	14	18. Cal Iulij.	Nat. Ba.	24	8. Cal. Iulij.	2	16	5	7	55	3	58	8	3	
Vi.Mo	15	17. Cal. Iulij		25	7. Cal. Iulij	3	16	5	7	55	3	58	8	2	
& Ioc.	16	16. Cal. Iulij.	Iohannis	26	6. Cal. Iulij	4	16	4	7	56	3	58	8	2	
	17	15. Cal. Iulij.	& Paul.	27	5. Cal. Iulij	5	16	4	7	56	3	58	8	2	
Marci	18	14. Cal. Iulij.	Leo Pap.	28	4. Cal. Iulij	6	16	3	7	57	3	58	8	2	
Gervaſii	19	13. Cal. Iulij.	Petri &	29	3. Cal. Iulij	7	16	3	7	57	3	58	8	2	
& Prot.	20	12. Cal. Iulij.	Pauli.	30	Pri. Cal. Iulij	8	16	2	7	58	3	58	8	2	
Silv Pa.	21	11 Cal. Iulij.	IVLIVS.	1	Calend. Iulij	9	16	2	7	58	3	59	8	1	
Paul. Ep.	22	10. Cal. Iulij	Viſita. B.	2	6. Non. Iulij	10	16	1	7	59	3	59	8	1	
Vig	23	9. Cal. Iulij.	Mariæ.	3	5. Non. Iulij	11	16	1	7	59	3	59	8	1	
Nati. S.	24	8. Cal. Iulij.	Vlrici.	4	4. Non. Iulij	12	16	0	8	0	4	0	8	0	
Ioh. Ba.	25	7. Cal. Iulij.		5	3 Nonæ Iulij	13	15	59	8	1	4	1	8	0	
Io & Pa.	26	6 Cal. Iulij.		6	Pri. Non Iulij	14	15	58	8	2	4	2	7	59	
	27	5. Cal. Iulij.		7	Nonæ Iulij	15	15	56	8	4	4	2	7	58	1. 28
Leo. Pap.	28	4. Cal. Iulij.		8	8. Idus Iulij	16	15	54	8	6	4	3	7	57	
Pet. Paul	29	3. Cal. Iulij.		9	7. Idus Iulij.	17	15	53	8	7	4	3	7	57	
C. S. Pa.	30	Pri. Cal. Iulij	7. fra. M.	10	6. Idus Iulij.	18	15	52	8	8	4	4	7	56	
IVLIVS.	1	Calend. Iulij.	Pii Papæ.	11	5. Idus Iulij.	19	15	50	8	12	4	5	7	55	
Viſ. Ma	2	6. Non. Iulij	Nabonis.	12	4. Idus Iulij.	20	15	48	8	14	4	6	7	54	
	3	5. Non. Iulij.	Anacleti	13	3. Idus Iulij.	21	15	46	8	16	4	7	7	53	1. 20
Vlrici.	4	4. Non. Iulij.	Bonaven-	14	Prid. Id. Iulij.	22	15	44	8	18	4	8	7	52	
	5	3. Non. Iulij.	turæ.	15	Idus Iulij.	23	15	42	8	20	4	9	7	51	
	6	Pri. Non. Iulij		16	17. Cal. Aug.	24	15	40	8	22	4	10	7	50	
	7	Nonæ Iulij.	Alexand.	17	16. Cal. Aug.	25	15	38	8	24	4	11	7	49	
	8	8. Idus Iulij	Sympho.	18	15. Cal. Aug.	26	15	36	8	26	4	12	7	48	
Septem	9	7. Idus Iulij.		19	14. Cal. Aug.	26	15	34	8	28	4	13	7	47	1. 19
frat. M.	10	6. Idus Iulij	Margar.	20	13. Cal. Aug.	27	15	32	8	30	4	14	7	46	
Pii Papæ	11	5. Idus Iulij.	Praxodis.	21	12. Cal. Aug	28	15	30	8	32	4	15	7	45	
Na & Fe-	12	4. Idus Iulij.	Ma. Mag	22	11 Cal. Aug.	29	15	28	8	35	4	1[illegible]	7	44	

Cal. Iun. Non. Iun. Idus Iun 18. Cal. Iul.

NICOMEDES BONIFACIO Fœnum reportat.

Prid. Cal. Iulii.

VITVS Segetem mox promittit BAPTISTÆ atq; Petro.

JUNIUS ♋ CANCER.

Junium à Junone dictum eſſe, ipſamet Juno apud Ovidium gloriatur his verſibus:

Ne tamen ignores, vulgiq́ue errore traharis,
Junius à noſtro nomine nomen habet.

Hinc nata eſſe videtur germanica vox Jung.

Æſtivo meto Junius calore
Has lætas ſegetes diu cupitas.
Junius æſtatem reddit, quam Carcinus urit,
Junius ad Phœbum flectere monſtrat iter.

Vel.

Nunc umbra eſt fervor, fonte levanda ſitis.

MANTUANUS.

Menſis adeſt juvenum, creſcens accenditur æſtas:
Nox licet attollat, quot lux longiſsima, ſigna,
Eſt contracta tamen, brevibusq́ue abſolvitur horis.

STIGELIUS.

Menſis adeſt, quem pulcra Jovis ſibi vendicat uxor,
Quò peragrant Cancri ſidera Solis equi.

CHYTRÆUS.

8. Iun. Medar. *Lux octava pii miracula clara Medardi*
Et laudes celebrare ſolet.

Ex aëris conſtitutione, quę incidit in diem Medardi vel circiter, de totâ meſsis tempeſtate, ut ex ea, quæ Vrbani die contingit, de vindemiâ, conjecturas faciunt: quæ etſi non exactè ſemper cum eventu congruunt, raro tamen prorſus aberrant. Tel-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Tellurem curvo hic Menſis proſcindit aratro
Junius, ut veſtes habeamus, vellera tondet.

MANTUANUS.

Torrida Solſtitu poſitum prope limina tempus
Barnabam æſtivum memorat, cùm Lucifer exit
Undecimus. Barna.11. Iun.

Solſtitium eſt Solis ſtatio.
Eſtq; duplex, Æſtivale & Hybernum.

Solſtitium Æſtivale eſt tempus, quo dies longiſsimus eſt, nox verò breviſsima. Et Sol tunc eſt in o ♋, & prope Eccentrici apogæum, ac ferè longiſsimè à terra diſtat: Unde etiam corpus ejus tunc minus videtur, quàm in Solſtitio hyberno.

Solſtitium hybernum ſeu brumale eſt tempus anni, quo dies eſt breviſsimus, nox verò longiſsima: Et ſol verſatur in o ♑, & ferè circa perigæum Eccentrici ſui, proximus quidem terris, ſed quia radios obliquos in noſtrum Horizontem ſpargit, nec diu commoratur noſtro hemiſphærio, calorem præbet debiliſsimum.

SOLSTITIUM ÆSTIVUM.

Fit Secundum { Iul. 12. / Greg. 22 } Iun.

MANILIUS.

Cancer ad æſtivæ fulget faſtigia Zonæ,
Extenditq; diem ſummum, parvoq; receſſu
Deſtruit, & quanto fraudavit tempore noctes
In tantum luces auget.

MAN-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

MANTUANUS.

——————Cùm proxima Cancro
Jam biſſexta dies Junii producere noctem
Vellet, & æſtivum retrò convertere Solem.

Nimirum quod verſu innuitur:

Hæc duo Solſtitium faciunt Cancer Capricornus.

Quod Calendario Juliano tempus accommodatum eſt: cui etiam fermè illi inſerviunt verſus:

Viti dies eſt 15. Junij.

Abſcedit Titan conſtantis tempore Viti,
Aſt cum Luciâ Martyre rurſus adeſt.
Vitus, Lucia ſunt duo Solſtitia.

Solſtitium autem ægrotantibus ominoſum eſſe ſuprà diximus: quando etiam aquilones flare monuimus: cùm dies eſt longiſsimus, nox contrà breviſsima.

Arundines piſcinis valdè inimicæ ſunt: ideoque ſub Solſtitio æſtivo ſub aquis falce ſecandæ ſunt.

Alioqui in uſum tectorum ruſticorum hyemis tempore ſupra glaciem demetendæ.

Gervaſ. 19 dies.

Cùm tibi ſacra dies Gervaſi Sancte recedit:
Æſtas grata redit ſpicea ſerta gerens.

Item:

Iohan. Bap. 24. Dies. Iohannes idem ſignificat, quod gratioſus.

Baptiſtæ fuerit cùm lux pluvioſa Johannis:
Ingrati meſſis plena laboris erit.

Perdices hoc tempore, Merulæ item atque paſſeres ova pariunt, & excludunt pullos.

Anguillarum captura nunc commodiſsima eſt: & cancrorum quoque. Quod etiam antè dictum eſt:

An

Anguillæ ſemine & attritu progignuntur, verno tempore moderatè aſſumptę conveniunt, interdiu dormiunt, flatum gignunt, ſexus in iis non reperitur.

Nam bonus eſt cancer menſe ubi deficit R.

Cum jure ſuo ſumptus cancer phthiſicis ac tabidis optimi alimenti loco prodeſt.

Ad morſus à cane rabido utilis, Urinam ciet & Venerem, renes purgat, & his affatim prodeſt, ore coit, & partibus anterioribus æquè perniciter retrocedit atq; progreditur: Vitalis admodum eſt, vere apparente exuvias deponit, dum coquitur ruber evadit.

Hic mihi in Autumno pingueſcens, vere vel imo,
Luna magis pleno ſi rubet orbe, ſapit.

Item:

Quando celebrabit Romana Eccleſia feſtum,
Cui nomen voluit corporis eſſe ſacri.
Anguillas leves & cancros verſicolores
Flumina tunc nobis ſuppeditare ſolent.
Aſt te ſcire velim, raros dare flumina piſces,
Cùm tua diverſis frugibus arva ſcatent.

Corporis Chriſti eſt feſtum mobile, ſed in hoc menſe celebratur.

Hinnuli immoti jacent uſq; ad feſtum S. Iohannis, pòſt fugere incipiunt: interim à cervis abſconduntur & proteguntur, donec oſsium firmitatem & muſculorum commodum robur aſſecuti fuerint, & quod Germani dicimus: Biß das ſie den ſprung bekommen. Eodem loco ſunt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Damæ & Capreoli. Cervi hoc menſe plenam cornuum quantitatem habent, quam uno anno ſunt nacturi.

Veſpertilio ſola volucrum animal parit, habetq; pro pennis membranam. Pullos nutrit lacte, ubera admovens. Infantes complectitur ſecumq; deportat. Unicam habet coxendicem. Sola volucrum dentes habet: habet etiam mammas.

Nunc leporem timidum catulo ſectare ſagaci.

Nunc canibus leporem, canibus venabere Damas,
Acer odoratu ſequitur canis omnia morſu:
Frumenta in viridi ſtipula lactentia turgent,
Et ros in tenera pecori gratiſſimus herba eſt.

Examina evolant, quæ hoc menſe obſerva.

Horâ octavâ ante meridiem uſque ad tertiam aut quartam poſt meridiem examina apes emittunt, idque durat 5. Septimanas.

Regem habent cui obediunt: inter inſecta omnia tenent principatum: tot modis humano generi utiles. Gaudent tinnitu, quo convocantur & in alvearia ducuntur. Nulli earum, per cœlum cum licet, ocio perit dies. Seniores intus operantur, adoleſcentiores foris negocium exercent. Præſagiunt hyemem & imbres, cujus rei indicium eſt, quando non volant.

Unde Virg. 4. Georg.

Nec verò à ſtabulis pluviâ impendente recedunt
Longiùs, aut credunt cœlo adventantibus Euris.

Tempore

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Tempore matutino omnes ſilent, donec una gemino bombo omnes excitet.

Mel conficiunt, ſuccum dulciſsimum, ſubtiliſsimum, atq; ſaluberrimum, favos confingunt & ceras.

VIRGILIVS.

Ingentes animos anguſto in pectore verſant,
Venturæq; hyemis memores, æſtate laborem
Experiuntur, & in medium quæſita reponunt,
Ignavum fucos pecus à præſepibus arcent.

Segetes ad maturitatem perveniunt, ſpicis ornantur & radices emoriuntur.

VERSUS,

Cùm recolit Petri Pauliq; Eccleſia ſancta
Martyrium, radix frugibus emoritur.
Tunc matureſcunt ſegetes noctesq; diesq;,
Approperatq; cito meßis amica pede.

Petri & Pauli. 29. Iun. Saulus idem eſt, quod poſtulatus.

ALIUD.

Cùm calor & pluviæ coëunt æſtate frequenter,
Agricolæ tacitâ gaudia mente fovent.

A rebus calidis, motu vehemente, gulaq́;
Abſtine, frigida ede, venam aperire cave.

TABULA JULII.

Obſervationes Oeconomicæ & Medicæ in Julio.

Frigida lavat, frumenta ſecat, horrea ijs ſtipat, cervos & lepores captat, caniculares adducit.

JULI-

Calendarium Vetus Iulian. Novum Gregorianum.

Dies.	Calend: Non: Idus.	Feſta ſtabilia	Dies.	Calend: Non: Idus.	Loc. ☉ ♌	Quan. Dier. H.	M.	Quan. Noct. H.	M.	Ortus Solis. H.	M.	Occa. Solis. H.	M	Hor Planet qui. H.M
13	3. Idus Iulij.	Apollin.	23	10. Cal. Aug.	0	15	25	8	35	4	17	7	43	
14	Prid. Id Iulij,	S. Chriſt.	24	9. Cal. Aug.	1	15	23	8	37	4	18	7	42	1. 18
15	Idus Iulij.	Jac. Ap.	25	8. Cal. Aug.	2	15	21	8	39	4	19	7	41	
16	17. Cal. Aug	& Chriſt.	26	7. Cal. Aug.	3	15	19	8	41	4	20	7	40	
17	16. Cal. Aug.	Pantale.	27	6. Cal. Aug.	4	15	17	8	43	4	21	7	39	
18	15. Cal. Aug.	Naz. Cel.	28	5. Cal. Aug.	5	15	14	8	46	4	23	7	37	
19	14. Cal. Aug.	Marthæ	29	4. Cal. Aug.	6	15	11	8	49	4	24	7	36	1. 17
20	13. Cal. Aug.	Abdon.	30	3. Cal. Aug.	7	15	8	8	52	4	26	7	34	
21	12. Cal. Aug.	& Sen.	31	Pri. Cal. Aug.	8	15	5	8	55	4	27	7	33	
22	11. Cal. Aug.	Auguſtius	1	Calend. Aug.	9	15	2	8	58	4	29	7	31	
23	10. Cal. Aug.	Pet. ad Vinc. Steph. Papæ	2	4. Non. Aug.	10	15	0	9	0	4	30	7	30	1. 16
24	9. Cal. Aug.	Inv. S. Steph.	3	3 Non. Aug.	11	14	57	9	3	4	31	7	29	
25	8. Cal. Aug.	Dominici	4	Pri. Non. Aug.	12	14	54	9	6	4	33	7	27	
26	7. Cal. Aug.	S. Marci,	5	Nonæ Aug.	13	14	51	9	9	4	34	7	26	
27	6 Cal. Aug.	Transfig.	6	8. Idus Aug.	13	14	48	9	12	4	36	7	24	1. 15
28	5. Cal. Agu.	Don. Ep.	7	7. Idus Aug.	14	14	45	9	15	4	37	7	23	
29	4. Cal. Aug.	Ciriaci	8	6. Idus Aug.	15	14	42	9	18	4	37	7	21	
30	3. Cal. Aug.	Rom vi.	9	5. Idus Aug.	16	14	39	9	21	4	40	7	20	
31	Pri. Cal. Aug.	Lau. Ma.	10	4. Idus Aug.	17	14	36	9	24	4	42	7	18	1. 14
1	Calend. Aug.	S. Tibur.	11	3. Idus Aug.	18	14	32	9	28	4	44	7	16	
2	4. Non. Aug.	S. Claræ.	12	Prid. Id. Aug.	19	14	29	9	31	4	45	7	15	
3	3. Non. Aug.	S. Hipp.	13	Idus Aug.	20	14	26	9	34	4	47	7	13	1. 13
4	Pri. Non. Aug.	S. Euſeb,	14	19. Cal. Sept.	21	14	22	9	38	4	49	7	11	
5	Nonæ Aug.	Aſſ. Mar.	15	18. Cal. Sept.	22	14	18	9	42	4	51	7	9	
6	8. Idus Aug.		16	17. Cal. Sept.	23	14	15	9	45	4	52	7	8	1. 12
7	7. Idus Aug.		17	16. Cal. Sept.	24	14	12	9	48	4	54	7	6	
8	6. Idus Aug.	Agapiti.	18	15. Cal. Sept.	25	14	9	9	51	4	55	7	5	
9	5. Idus Aug.		19	14. Cal. Sept.	26	14	5	9	55	4	57	7	3	
10	4. Idus Aug.		20	13. Cal. Sept.	27	14	2	9	52	4	59	7	1	1 11
11	3. Idus. Aug.	Bern: Ab.	21	12. Cal. Sept.	28	13	58	10	2	5	1	7	59	
12	Prid. Idus Aug.	S. Timo.	22	11 Cal. Sept.	29	13	54	10	6	5	6	7	57	

Cal. Iul. Non. Iul.
Iam Maria affert meſſem, CYRILLVS *metet.*
Idus Iul. 17. Cal. Aug Prid. Cal. Aug.
Vt Cererem in horrea MAGDALA IACOBVSq́ *reportent.*

JULIUS ♌ LEO.

MANTVANVS.

Julius eſt Menſi nomen, quia Julius iſto
Editus eſt Cæſar, Martis ſub ſydere, Menſe.

Granum Julius aridis flagello
E ſpicis quatio, coquente Sole.

Ruſticus in pratis virides jam demetit herbas,
Solq́ tenet fulvi Sydus regale Leonis.

Secundum { Julia. 13. / Greg. 23. } Julii:

Nunc Sol Herculei terga Leonis adit.

Omnia nunc ardent, nunc eſt calidiſsimus annus:
Vita igitur Cypriæ fervida ſacra Deæ.

Hirci obliqui ſunt oculis, & ad nares reſpicientibus, ſex Menſes hybernos ſupra ſiniſtrum latus dicuntur jacere, quum dormiunt:

Ab Æquinoctio Hyberno totidem Menſes ſupra dextrum.

Hircum capris admitte: Nam hircus eſt dux & maritus caprarum. Capræ dicuntur à carpendo, teſte Varrone, quòd virgulta carpant, & agreſtibus paſcantur fruticibus.

Maleficæ ſunt frondibus & arboribus, olivæ maximè, quam ſi lambendo contigerint depaverintq́;, ſterileſcere faciunt & enecant.

Pariunt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Pariunt frequenter duos, interdum quaternos, ſed rarò.

Implentur terno & quaterno coitu.

Vivunt annos octo.

Coëunt quamdiu vivunt.

Auribus ſpirant, non naribus: Noctu cernunt non minus, quam interdiu.

Julius ſecat gramen, fœnumq́; reſervat.

Falce ſecat ſegetes, tondentur gramina campi,
Corniger atq; Aries lanæ deponit honorem.

ALIUD.

Prædari canibus ſaltus & retibus undas,
Per vada, per ſylvas, ſi libet, uſq; licet,

ALIUD.

Virg. lib. 1. Georg.

Nunc laqueis captare feras, & fallere fiſco
Convenit, & magnos canibus circundare ſaltus.

Fraxinus meſsibus reddit ſemen, ovibus, capris gratiſsima eſt, nec inutilis bobus.

Nunc tibi ſit ſomni parca breviſq́; quies.

Maximam ubertatem ſequitur ſterilitas plerunque; exhauſtæ enim ſunt agrorum & arborum vires.

Nunc canibus capitur cervus, philomelaq́; niſo,
Nunc volat accipiter, quaſi nunc ſumus in Paradiſo.
Sixti de Niſo tibi ſit prædone voluptas.

Item:

Item :

2, Iul: Viſitatio Mariæ. Maria ſignificat miſeriã,

Alma Dei genitrix quo tempore Maria virgo
Cognatam inviſit plena pudore ſuam :
Si pluit, haud poteris cœlum ſperare ſerenum,
Tranſivere aliquot ni prius antè dies.

Eſt autem pluvia nubes liquefacta, & in aquam guttatim diſtillatam reſoluta. Hæc ſi copioſior cum impetu decidat, imber dicitur. Pluviarum guttulæ majores ſunt, ſi propior fuerit nubes. Ex altiore enim loco decidentes magis magisq; diſperguntur, ideoq; minores fiunt.

4, Iul: Vlricus, Dies Canicular,

Vlric Caniculas, Aſſumptio terminat illas.

Vulgari quidem opinione in Calendario Juliano, nimirum vulgò, dies Caniculares die 6. Julii incipiunt, & 17 Auguſti finiunt: In Calendario novo 16. Julii incipiunt, & 27. Auguſti terminant.

Etſi autem hoc tempore mirum in modum æſtus & calores augentur: eos tamen ingenti Dei beneficio frigidiuſculi venti Septentrionales temperant & mitigant: qui quòd ſtati ſint, & anniverſarii poſt æſtivam Solis converſionem ſingulis annis recurrant, ideo ἐτήσιοι, hoc eſt, annui vocantur.

Hi ex angulo illo aliquot ſeptimanas ſpirant: cum Sole naſcuntur, natiq; Solis ardores leniunt, calore remiſſo, ac occumbentem Solem etiam ipſi comitantur, ſpirareq; deſinunt, donec iterum orientem Solem obſervârint.

Diophanes Græcus obſervandum eſſe ait Caniculæ ortum, in quo Zodiaci ſigno Luna tunc reperiatur.

1. Nam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

1. Nam in Ariete ſi erit Luna, copia erit exigua frumenti.
2. In Geminis, multa fertilitas.
3. In Leone, frumenti fertilitas magna.
4. In Virgine, frumenti corruptela.
5. In Sagittario, frumenti abundantia.
6. In Capricorno, fertilitas.
7. In Aquario, carentia.
8. In Piſcibus, ubertas.
9. In Libra, fructuum arborum foris ligneum putamen habentium abundantia erit.

Caniculares à canicula nomen habent, quæ eſt ſtella illuſtris in ore canis majoris. Græci Sirium vocant ab exſiccando & urendo, quòd ſoli cooriens inferiora hæc fervore ſuo exſiccet, & æſtum augeat.

Ortus caniculæ auget æſtum, urit & laxat corpora, unde debilitas corporum, & morbi etiam conſequi ſolent.

Quocirca Diætâ conveniente corpus fovendum eſt, non fatigandum neq; onerandum nimis, tum animus ipſe à gravioribus curis ſtudiisq; ſevocandus.

Cicero de Divinatione ait: ortum Sirii obſcuriorem, pingui ſcilicet & concreto cœlo, tempus grave & peſtilens minari: contrà verò lucidum, puro nimirum & tenui cœlo, ſalubritatem portendere.

Eteſiæ.

Sedatur nunc ſtella Canis Borealibus auris,

Ne nimis altrices ſævius urat agros.

Quidam volunt eos flare diebus quadraginta poſt Solſtitium æſtivum oriente canicula, & Sole Leonem ingrediente. Qui verò venti octo diebus ante canis ortum ſpirant, πρόδρομοι dicuntur, ſuntq; ſomnolenti admodum, ſecundum Senecam.

MANTUANUS.

Sole Molorchæum Canis ingrediente Leonem
Surgit, & ardorem duplicat: natura maligni
Sideris ægrotans vitio incuſare videtur
Artificem mundani operis, qui junxerit aſtra
Hæc duo, & æſtati tantos adjunxerit ignes.
Febrit humus, campis ægræ ſitientibus herbæ
Inclinant capita, & foliis exanguibus arent.
Diſſiliunt agri, rimisq; videntur apertis
Velle queri, & ſiccis inceſſere faucibus aſtra,
Deficiunt clauſis exhauſti fontibus amnes.

ALIUD.

Sub Cane & ante Canem Medicus malè dira propinat
Pocula; tempus habet ſic Medicina ſuum.

ALIUD.

Sic me dum tædet medicinæ, curo Diætam:
Nam medicina, quies, atq; diæta bona eſt.

Hippocrates in libello de aqua & aëre: Oportet Aſtrorum exortus conſiderare, præcipuè Canis, Arcturi & Plejadum. Morbi enim in his diebus maximè judicantur; alii ſanè perimunt, alii deſinunt, aut in aliam ſpeciem ſtatumq; mutantur.

VIRGILIUS.

Nec fruſtrà ſignorum obitus ſpeculamur, & ortus.

Canes rabidi fiunt hoc tempore, propter nimium æſtum: ſic in Januario & Februario, quo coitum maximè appetunt, propter nimium frigus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Canes gerunt in utero ſexagenis diebus, gignunt cęcos, qui quò largiore aluntur lacte, eò tardius viſum recipiunt.

Fœminę conſidentes mejunt, mares crure potius elato.

Parit canis quinq; aut ſex, interdum duodecim.

Nec mari nec fœminæ permittenda Venus ante annum.

In canibus ætatis indicium dentes arguunt. Nam juvenibus albi ſunt & acuti, ſenibus nigri & obtuſi. Vivunt annis 14. mutant dentes, quos caninos dicimus.

VIII. Julii. Kiliani.

Kilianus dies eſt Criticus, utpote, ſerenitas copiam, obſcuritas inopiam vini ſignificat.

Ecce autem quando Kiliani ſacra recurrunt,

Frigore brumali gaudentia rapa ſeruntur.

Flores Lupuli avelle & decerpe, ſine quibus Cereviſia coqui non poteſt. Corroborant omnia viſcera & ſanguinem purum ac defœcatum generant, ventrem emolliunt, obſtructiones tollunt, veneno reſiſtunt.

XV. Julii. Diviſio Apoſtolorum.

Læſo à cane rabido conducit, ut in aquam fluviatilem inſcius immergatur. Hepar etiam ipſius canis rabidi læſo prodeſt, quo deficiente, alterius canis hepar detur ad comedendum cum pauxillo argenti.

Nux cum cæpa, ſale & melle impoſita, prius tamen jejuno ventriculo maſticata, canis rabioſi morſib⁹ prodeſt.

Ululatus canum & diſceſſus ex caſtris ſemper diri ominis loco habitus.

Latrat in æde canis, natat æquore, fulget in aſtris.

CHYTRÆUS. 6. Faſtor.

Nunc quoq; flammivomo vicina canicula Soli,

Et Procyon toto furere æthere, percoquere agros

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Incipit, & rabie ſævos agitare Moloſſos,
Et ſiccos revocare dies, cœliq; calores
Peſtiferos, rimas tellus agit, æſtibus herbæ
Areſcunt, tenui vix amnes flumine manant.

Habemus maxima tonitrua, &

- - - - - - *Crebris micat ignibus æther.*

Tonitru eſt exhalatio accenſa cum ſono è nubibus erumpens.

Coruſcatio eſt accenſum tonantis exhalationis lumen, altius ſuper terras reſplendens.

Fulmen eſt exhalatio coruſcationis ſpiſsior, arctiusq; compoſita, vehementius & prope terram magis inardeſcens.

Fulmen ſi calore Solis intenſiſsimo & ſuiipſius induretur, lapis oritur, atq; disjicitur fulmineus acutus.

Margar. 20. Iul. Margareta exunione nominata.

Mar Magd, 22. Iul, Magdalena dicta à Magdalo caſtello, in quo nata fuit.

Cervi quando animadvertunt cornua ſua ad maturitatem perveniſſe, quod fit plerunq; 22. die Jul, exeunt â ſua ſtatione, & cornua arboribus illidunt.

25. Jul. Jacobi Apoſt.

Jacobus latinis idem eſt, quod Supplantator.

Implentur variis frumentis horrea, quando eſt
Aër Jacobi lucidus ante diem.

ALI-

ALIUD.

Circa Jacobi ſere piſa: aſt ſemina lini,
Cum ſacra Iacobi rediit lux atq; Philippi.
Nec verò terræ ferre omnes omnia poſſunt,

Recedit á nobis Ciconia: nec à Feſto D. Jacobi Juliani Calendarii manet octiduum, ſecundum Gregorianum computum, per 16. dies.

Hirundines paulò pòſt ſe abſcondunt.

Milvii ante hirundines abeunt.

Falco & Accipiter aves minores, & prædam inſequuntur: Falco in hyeme diſcedit: Accipiter nobiſcum manet. Eſt autem Accipiter avis rapax & prædatoria: dicta ab accipiendis avibus. Non comedunt avium corda.

26. Jul. Annæ. *Anna gratioſa latine.*

Tempore quem meſsis tædetq; pudetq; laboris,
Is miſer eſt, ſequitur cum glacialis hyems;

ALIUD

Pharmaca, ſecturam venæ, merum, aromata, Thermas
Nunc fuge, nunc Zythum mite vetuſq; bibe.

Item:

Julius exardens potumq́ꝫ eſcamq́ꝫ requirit
Frigentes, menſam piſcis oluſq́ꝫ oneret.
Tunc undis te immerge, vigent tunc balnea, venam
Comprime, nec Veneris noxia furta pete.

TABULA AUGUSTI.

Obſervationes Oeconomicæ & Medicæ in Auguſto.

Pyra dat, poma maturat, meſsi & Canicularib. finem imponit, Linum vellit; cervos ad coitum ſolicitat.

Calendarium Vetus Iulian. Novum Gregorianum.

Feſta ſtabilia.	Dies.	Calend: No: Idus.	Feſta ſtabilia.	Dies.	Calend: No: Idus.	Loc. ☉ ♍	Quan Dier H.	Quan Dier M.	Quan Noct H.	Quan Noct M.	Ortus Solis H.	Ortus Solis M.	Occa. Solis H.	Occa. Solis M.	Hor Planet qua H.M
Hipp.	13	Idus Aug.		23	10. Cal. Sept.	0	13	50	10	10	5	5	6	55	
Euſeb.	14	19. Cal. Sept.	Barthol.	24	9. Cal. Sept.	1	13	47	10	13	5	6	6	54	1. 10
..ſſ. Mar.	15	18. Cal. Sept.	Ludovi.	25	8. Cal. Sept.	2	13	45	10	15	5	7	6	53	
	16	17. Cal. Sept.	Zepher.	26	7. Cal. Sept.	3	13	43	10	17	5	8	6	52	
	17	16. Cal. Sept.		27	6. Cal. Sept.	4	13	40	10	20	5	10	6	50	
..gapiti.	18	15. Cal. Sept.	Aug. Ep.	28	5. Cal. Sept.	5	13	36	10	24	5	12	6	48	1. 9
	19	14. Cal. Sept.	Dec. ſ. Io.	29	4. Cal. Sept.	6	13	32	10	28	5	14	6	46	
..rn: Ab.	20	13. Cal. Sept.	Felicis &	30	3. Cal. Sept.	7	13	29	10	31	5	15	6	45	
Timo.	21	12. Cal. Sept.	Adan.	31	Pri. Cal. Sept.	8	13	26	10	34	5	17	6	42	1. 8
	22	11. Cal. Sept.	Septemb.	1	Calend. Sept.	9	13	22	10	38	5	19	6	41	
..arthol.	23	10. Cal. Sept.	Ægidii.	2	4. Non. Sept.	10	13	18	10	42	5	21	6	39	
	24	9. Cal. Sept.	Abbatis.	3	3. Non. Sept.	11	13	14	10	46	5	23	6	37	1. 7
..lovic.	25	8. Cal. Sept.		4	Pri. Non. Sept.	11	13	10	10	50	5	25	6	35	
..her.	26	7. Cal. Sept.		5	Nonæ Sept.	12	13	7	10	53	5	26	6	34	
	27	6 Cal. Sept.		6	8. Idus Sept.	13	13	4	10	56	5	28	6	32	1. 6
.. Ep.	28	5. Cal. Sept.		7	7. Idus Sept.	14	13	0	11	0	5	30	6	30	
..ſ. Io.	29	4. Cal. Sept.	Nat. Mar.	8	6. Idus Sept.	15	12	56	11	4	5	32	6	28	
..c. &	30	3. Cal. Sept.	S. Greg.	9	5. Idus Sept.	16	12	52	11	8	5	34	6	26	1. 5
..n.	31	Pri. Cal. Sept.		10	4. Idus Sept.	17	12	48	11	12	5	36	6	24	
..emb.	1	Calend. Sept.	Proth. &	11	3. Idus Sept.	18	12	44	11	16	5	38	6	22	
..gidii.	2	4. Non. Sept.	Hiac.	12	Prid. Id. Sept.	19	12	40	11	20	5	40	6	20	1. 4
	3	3. Non. Sept.		13	Idus Sept.	20	12	36	11	24	5	42	6	18	
	4	Pri. Non. Sept.	Exal. cru.	14	19. Cal. Oct.	21	12	32	11	28	5	44	6	16	1. 3
	5	Nonæ Sept.	S. Nico.	15	18. Cal. Oct.	22	12	29	11	31	5	45	6	15	
	6	8. Idus Sept.	Cornelii.	16	17. Cal. Oct.	23	12	26	11	34	5	47	6	13	
	7	7. Idus Sept.		17	16. Cal. Oct.	24	12	22	11	38	5	49	6	11	1. 2
Mar.	8	6. Idus Sept.		18	15. Cal. Oct.	25	12	18	11	42	5	51	6	9	
..eg.	9	5. Idus Sept.		19	14. Cal. Oct.	26	12	15	11	45	5	52	6	8	
	10	4. Idus Sept.	Euſtach.	20	13. Cal. Oct.	27	12	12	11	48	5	54	6	6	1. 1
.. &	11	3. Idus. Sept.	Matthei.	21	12. Cal. Oct.	28	12	8	11	52	5	56	6	4	
	12	Prid. Idus Sept.	Mauritii.	22	11. Cal. Oct.	29	12	4	11	56	5	58	6	2	

Cal. Sept. Non. Aug. Idus Aug. 19. Cal. Sept.

PETRVS catenis ſtringitur, dum LAVRENTIVS & MARIA

Prid. Cal. Sept.

Ad cœlos vocant cum BARTHOLOMÆO IOHANNEM.

Auguſtus, ♍ Virgo.

1. Auguſt. Vincula Petri, quo die Auguſtus Antonium & Cleopatram vicit

Menſis qui quondam Sextilis jure vocatus,
Auguſti noſtro tempore nomen habet.

MANTVANVS.

10. Auguſt. Laurentius ex lauro nominatus.

Auguſtus jam Menſis adeſt, à Cæſare nomen
Tranſiit ad Menſem, quòd res ſub Principis hujus
Auſpiciis Romana foret ſublimiter aucta.

ALIUD.

Frugibus Auguſto diteſcunt Menſe coloni,
Et Cereris famuli ſpicea ſerta legunt.
Pharmaca tunc fuge, nec venam pertundere tenta,
Et cœli ſolitâ ſub regione mane.

Aſſumpt. Mariæ, 15. Aug.

Alma Dei genitrix quâ luce aſſumpta putatur,
Promittit Solis ſuavia vina jubar.

Mella nunc apibus detrahe.

Jam intra duo D. Virginis Feſta cervi in quoſvis uſus præſtantiores habentur.

Etſi autem magna inter quoſdam de duobus Feſtis illis, intra quorum ſpacium cervi præſtantiores habentur, ſit diſputatio: velintq; aliqui Viſitationis D. Mariæ Feſtum primum eſſe, alterum ejuſdem Nativitatis: tamen Venatores fidem nobis faciunt ab hoc Aſſumptionis Feſto ſive XV. Auguſti ducto principio ad Nativitatem uſq; ejuſdem, quæ in VIII. Septembris incidit, temporis illius ſpacium numerandum eſſe. Tunc enim & cornua

collecta

collecta ſunt ſummi vigoris: quæ aut trita aut aduſta longè utiliora inventa ſunt iis, quæ aliis erant accepta temporibus. Sic os etiam in corde, quod, etſi in fœminis etiam propria experientia per totum annum inveniri viderim, extra tamen hoc tempus nec ejuſdem magnitudinis, nec tantæ eſſe efficaciæ non ſemel expertus ſum.

Auguſtus metit, & frumenta per horrea condit, maturat pyra, poma, nuces avellanas, pruna, mala Perſica. Poma ſeminis nigrore maturitatem fatentur: Avellanæ & juglandes, quando coriis exolutæ decidunt.

Auguſti donis pecudesq́ʒ hominesq́ʒ fruuntur.

Auſtri frequentes ſunt hoc Menſe ad Ortum uſque Arcturi, qui in Horizonte Cimbrico gr. 55. & gr. 56. oritur cum gr. 27. & gr. 26. ♍.

Dat muſto gravidas Auguſtus pomifer uvas.

Cùm interdum equæ non antè æſtatem vel Auguſtum marem admittant, Auguſtales pulli ſæpè feliciter adoleſcunt.

Hoc tempore Galli commodiſsimè caſtrantur. Solum hoc volucrum genus cœlum aſpicit, norunt galli ſidera, cum Sole eunt cubitum, hora nona veſpertina cantant, hora noctis duodecima vocem iterant, hora tertia poſt noctis medium denuo cantillant, Sole oriente ad curas laboremque ruſticos revocant, diemque venientem nunciant.

Capones evirati neque vocem edunt, neque gallinis ſunt moleſti, & criſtæ illis palleſcunt.

Gallinæ in medio Novembri deſinunt parere, à brumâ incipiunt, optima tamen fœtura ante vernum Æquinoctium.

Ova hoc Menſe gallinis ne ſupponas : frigus enim pullos, qui ſerò nimis prodeunt, enecat. Quotannis ter plerunque ova excubant.

Albæ gallinæ non æquè bonæ ſunt, atque nigræ ac flavæ.

Gallorum cantus fauſtus ſemper habitus.

Ova hoc Menſe decreſcente Lunâ collecta durant.

Collige radices Helenii, quæ Enula Campana vulgò dicitur, Angelicæ, Glycyrrhicæ, Petroſelini, Raparum rubearum, Raphani.

Leguntur etiam Cucurbitæ.

Tritura triticum & vende.

Bartholomæi 23. Aug. Bartholomæus idem ſignificat, quod filius bellicoſus.

Bartholomæum primum volunt eſſe Sanctum Autumnalem, cujus dies ſi clara erit, Autumnum ſecuturum bonum exiſtimant.

Clara dies fuerit cum Bartholomaica, clarus
Tunc erit Autumnus, ſentit ut Agricola.

ALIUD

Tu volucres capta, venit cùm Bartholomæus,

Semen fraxineum nunc terræ manda.

Aucupium etiam hoc tempore, quo aves gregatim migrant, inſtituendum ulula, viſco, tricis, ineſcationibus.

Cape murænulas usque ad Februarium.

Oſtreas & omnis generis conchas jam capere incipe in hyemem uſque, ſemper Lunâ creſcente.

Lubrica naſcentes implet Conchylia Luna,

Oſtreæ capite carent, cujus defectum ſarcit meatus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

tus in ſuperiori parte, per quem excrementa deponunt, ſexus in eis nullus eſt. Quorum menſium denominationi R litera deeſt, inutiles ſunt Oſtreæ, nam quòd eo tempore Venere titillentur, inſipidæ evadunt.

Ardeæ in autumno piſcibus valdè ſunt infeſtæ.

Æſtatis hyemiſque tempus præſagiunt: Caput pectori imponunt, eoque maximè inclinant, unde ventus ſuos mittit flatus: Hyeme nobiſcum agunt.

Dicitur autem Ardea quaſi ardua, quòd in ſublimi volet.

VIRGILIUS.

——————notasq; paludes
Deſerit, atque altam ſupra volat ardea nubem.

Cùm verò altam ſupervolat ardea nubem, tempeſtatem ſignificat.

Halec piſcis notus per totam Europam, omniumque fœcundiſsimus, capitur in Scandia, Norvvegia, Scotia, Anglia, Flandria, Hollandia, Holſatia, & in Ducatu Sleſuicenſi, quotannis bis, idque diverſis temporibus, Majo nimirum ad Iulium uſq; primò, deinde ab Auguſto ad finem Novembris, quæ captura optima eſt. Veſperi ſub crepuſculũ ejectis linis ultrò ſe magno numero in retia conjiciunt. Ac ſemper captura nocturna eſt: Statim ad auroram ex retib. elabuntur: Variis modis ad cibum vſurpatur: Sale conditur, fumo induratur, aſſatur, crudus comeditur, elixatur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Si non ægrotas, tibi nunc ſervare memento
Sanguinis in toto corpore quicquid habes:
Sectio namq́ nocet venæ, nec aromata proſunt,
Hæc igitur cauté ſunt fugienda tibi.
plura recenſeri vitanda hoc tempore poſſunt,
Nempé diurna quies, balnea, vina, Venus.

TABULA DE SEPTEMBRI.

Obſervationes OEconomicæ & Medicæ in Septembri.

Denuo ſtercorizat, ſemen humi jactat, uvas colligit, æquinoctium & muſtum facit.

Sep-

SEPTEMBER habet dies XXX. | Tempus: 85.

Calendarium Vetus Iulian. Novum Gregorianum.

Feſta ſtabilia.	Dies.	Calend; No; Idus.	Feſta ſtabilia	Dies.	Calend; No Idus.	Loc ☉ ♍	Dier. Quan. H.	M.	Noct. Quan. H.	M.	Ortus Solis. H.	M.	Occa. Solis. H	M	Hor Planet quad. H.M
	13	Idus Sept.	Lin. Pap.	23	9 Cal. Octo.	0	12	0	12	0	6	0	5	0	1. 0
…exxa. cru.	14	18. Cal. Octo.		24	8. Cal. Octo.	1	11	58	12	2	6	2	5	58	
Nico.	15	17. Cal. Octo.		25	7. Cal. Octo.	2	11	56	12	4	6	3	5	57	
…ornelij.	16	16. Cal. Octo.	Cipriani.	26	6. Cal. Octo.	3	11	52	12	8	6	4	5	56	0. 59
& Cip.	17	15. Cal. Octo.	Coſm. &	27	5. Cal. Octo.	4	11	4[illegible]	12	12	6	6	5	54	
	18	14. Cal. Octo.	Dani.	28	4. Cal. Octo.	5	11	45	12	15	6	7	5	53	
	19	13. Cal. Octo.	S. Mich.	29	3. Cal. Octo.	6	11	42	12	8	6	9	5	51	0. 58
…uſtachi.	20	12. Cal. Octo.	Hieron.	30	Pri. Cal. Octo.	7	11	3[illegible]	12	22	6	11	5	49	
…Matthei.	21	11 Cal. Octo.	October.	1	Calend. Octo.	8	11	34	12	26	6	1	5	47	
…uritij.	22	10. Cal. Octo.	Remigii.	2	6. Non. Octo.	9	11	30	12	30	6	1	5	45	0. 57
…n. Pap.	23	9. Cal. Octo.		3	5 Non. Octo.	10	11	27	12	33	6	1	5	44	
	24	8. Cal. Octo.	Franciſ.	4	4 Non. Octo.	11	11	24	12	36	6	18	5	42	
… & Iuſt.	25	7. Cal. Octo.		5	3 Non Octo	12	11	20	12	40	6	20	5	40	0. 56
…prian.	26	6 Cal. Octo.		6	Pri. Non. Octo	13	11	16	12	44	6	22	5	38	
…oſm. &	27	5. Cal. Octo.	Marc. P.	7	Nonæ Octo.	14	11	12	12	48	6	24	5	36	
…ani.	28	4. Cal. Octo.		8	8. Idus Octo.	15	11	8	12	52	6	26	5	34	0. 55
…M Mich.	29	3. Cal. Octo.	Dioniſii.	9	7. Idus Octo.	16	11	4	12	56	6	28	5	32	
…ieron.	30	Pri. Cal. Octo.	& Ruf.	10	6. Idus Octo.	17	11	0	13	0	6	30	5	30	
…tober.	1	Calend. Octo.		11	5. Idus Octo.	18	10	56	13	4	6	32	5	28	
…emigii.	2	6. Non. Octo.		12	4. Idus Octo.	19	10	53	13	7	6	33	5	27	0. 54
	3	5. Non. Octo.	Caliſt. P.	13	3. Idus Octo.	20	10	50	13	10	6	35	5	25	
…anciſ.	4	4. Non. Octo.		14	Prid. Id. Octo.	21	10	46	13	14	6	37	5	23	
…onſ.	5	3. Non. Octo.		15	Idus Octo.	22	10	42	13	18	6	39	5	21	0. 53
	6	Pri. Non. Octo	Galli.	16	17. Cal. Nov.	23	10	36	13	22	6	41	5	19	
…arc. Pa.	7	Nonæ Octo.	Lucæ Euan.	17	16. Cal. Nov.	24	10	34	13	26	6	43	5	17	
	8	8 Idus Octo.		18	15. Cal. Nov.	25	10	31	13	29	6	44	5	16	0. 52
…oniſii.	9	7. Idus Octo.		19	14. Cal. Nov.	26	10	28	13	32	6	46	5	14	
Ruf.	10	6. Idus Octo.	Hila. Ab.	20	13. Cal. Nov.	27	10	24	13	36	6	48	5	12	
	11	5. Idus Octo.		21	12. Cal. Nov.	28	10	20	13	40	6	50	5	10	0. 51.
	12	4. Idus Octo.		22	11. Cal. Nov.	29	10	16	13	44	6	52	5	8	
…iſt. P.	13	3. Idus. Octo.		23	10. Cal. Nov.	♒	10	13	13	47	6	53	5	7	

Cal. Sept. Non. Sept Idus Sept.

ÆGIDII lætus gaude, MARIA nata eſt

18. Cal. Oct. Prid. Cal. Oct.

CRVCEM exaltant cuncti, MATTHÆO volat obvius MICHAEL.

SEP-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

SEPTEMBER ♎ LIBRA.

September quaſi ſeptimus imber, vel quòd ſit ſeptimus à Martio.

Septimus arboreis ſe jactat fœtibus imber,
Et tunc Autumni nobile tempus adeſt.

Autumnus ab augendo dictus, quòd rem familiarem augeat.

Ægidii. 21. Septemb.

Nimirum Calendis Septembris incipimus Autumnum, quando Ægidii dies incidit, & cervi libidinis rabie exagitari incipiunt, circa ortum Arcturi.

Illa Ægidii dies, quâ Cervi rancentes fiunt, ſi clara fuerit, venatores integrum illum Menſem ſerenum pronunciant, & eò uſque donec cervi Venerem dimiſerint, quod ſic eſſe, anno 1591. ſumus experti.

8 Sept. Natal. Mariæ.

Aliquando cervi tardiùs ad libidinem excitantur, quòd hyemis etiam tardioris ſignum eſſe putatur.

Cervi ſic libidine efferuntur, ut & canes & homines impetere ſoleant. Nam fœmellarum gregem catullientes ſectantur, rancentes boatu ad mutuam pugnam properant, ſeque mutuò provocant in Solis ortu atque occaſu, ita ut pugnantes invicem facilè jaculari poſſint. Cervæ eo tempore ſunt accommodæ culinis.

In Venerem rapitur laſcivo corpore Cervus.
Ægidi, quando lux tua, Sancte, redit:
Tùm quoque ſi Phœbus ſplendet, fit copia vini,
Et ſecum Autumnus commoda multa trahit.

Cer-

Cervi â currendo : Hinnuli ab hinniendo dicuntur.
Cerva uterum gerit Menſes octo.
Cervi ſoli natalis amantiſsimi.

Tritura hordeum & vende.

Grues æſtate advenę æthera tranant plerunque triangulari figura, & hoc Menſe diſcedere incipiunt à Septentrione ad Meridiem volatu ſecundo. Et quanquam & grues & ciconiæ frigoris injurias fugiant, diverſo tamen tempore avolare & redire ſolent, ita ut grues hyemis: ciconias verò æſtatis advenas dicant.

Phaſianos ac Perdices captas comede: Sunt enim hoc tempore, ut in autumno, maximè pingues, aptæque uſibus. Optimi ſunt nutrimenti, ventriculum debilem reficiunt, & ſuperfluos humores exiccant.

Grues migrantes, inque ſublimi volantes, clangore ſuo hyemis initium deſignant.

Plinius: Ex gruibus nonnullæ excubias agunt nocturnas, lapillum pede ſuſtinentes, qui laſſatis ſomno decidens indiligentiam ſono coarguat, cæteræ dormiunt, capite ſubter alam condito, alternis pedibus inſiſtentes.

Matthæi Apoſt: 21. Sep. Matthæus idem ſignificat, quod donatus à Deo. Matthæus Chriſti miracula ſcripſit Ebræis.

Poma dat & dulces September ab arbore fructus,
Tunc & caprino paſcere lacte juvat.
Sume etiam, ſi opus eſt, medicamina, mitte cruorem,
Nec tuus, externum vitet aroma, cibus.

Circa

Circa medium Septembris Lunâ decreſcentę & infra Horizontem verſante, cæſa lignorum materia durat.

ÆQVINOCTIVM AVTVMNALE.

Secundum {Iul. 13. / Greg. 23.} Septem.

Libra pares lucis ſomniq́ hîc efficit horas.
Hæc noctes æquant Aries & libra diebus.
Ver Aries facit: Autumnum tibi Libra reducit,
Lucis & æquales & ſomni dividit horas,
Vtrumq́ & varios miſcet per corpora ſuccos.

Flat Auſter ut plurimùm.

Qui ſub hoc Æquinoctio morbo opprimuntur, ij ſibi cavere debent, & cautè medicinâ uti.

Tradit vetuſtas Solem exiſtentem in Libra plerunque ventos Africos, in Cancro ciere Favonium, ſi verò venit ad Capricornum, frequenter ſpirare Eurum.

Michaelis. 29 Septemb. Michael latinè ſignificat, quis ſicut Deus.

Conſulit invictus Michaël pro vellere lana,
Corporis ut foveas frigida membra tui.

Collige poma & pyra poſt æquinoctium vel circiter. Majori cum commoditate decerpuntur, quàm decutiuntur; caduca ſepara, & ſubſtrato ſtramine, aut foliis nucum repone, quod & ad odorem & calorem eorum facit. Contra frigora frumentis involve, aut in paleis conſerva.

Abla-

Ablaquea arbores, per totum Autumnũ, & ſuis ſtercora foliis, arida verò & putrida tolle, ramos ſibi invicem incumbentes, & ſurculos inutiles abſcinde.

Aucupium hoc tempore eſt feliciſsimum, anſeres enim agreſtes & aliæ aves migrare incipiunt, quæ migratio durat tres aut quatuor Septimanas.

Æſtas pluvioſa ſi fuerit, pulli avium in nidis imbrium mole ſuffocantur, quæ res aucupium facit minus felix.

Falconum & Accipitrum quoque uſus eſt hoc tempore ad aves capiendas, nimirum Coturnices, Anates, Perdices, & id genus alias: De hac re ſuprâ in Junio dictum eſt. Sperberii nobiſcum per hyemem manent.

September lætis animis ſua munera calcat,
Ficubus atq; uvis arida membra fovens.
Vitibus Autumnus turgentes detrahit uvas.

Plenis impleo dolium racemis
September, benè vina concoquantur.

Si poſt Feſtum Michaëlis in globulis gallarum reperiuntur vermiculi, ubertatem frugum promittunt, ſi muſcæ, portendunt bella, ſi aranei, minitantur peſtem.

Cauſſæ obſcuræ non ſunt: Vermiculi ex putrefactione nati, argumentum ſunt & indicium conſtitutionis cœli calidæ & humidæ, quæ fœcundat terram, & rebus naſcentibus ſuppeditat vigorem.

Muſcæ urentem ſiccitatem cœli arguunt, qua inflammantur corpora, & velut uſtulata implentur fervidis & acribus humoribus.

Aranei ex venenata, contagioſa, atque impura putredine naſcuntur, quæ cùm corripit & inficit corpora

humana, in peſtilentes exardeſcit febres, quæ putredine augeſcente erumpunt in bubones peſtilẽtes & anthraces.

Hoc etiam tempore vel Lunâ decreſcente transpone quercus, malos, pyros, & ſimiles arbuſculas frugiferas, radicique earum fimum adhibe, quin & ſurculos ſuperfluos ab arboribus nunc reſeca, cùm plus habeant nunc humiditatis, quàm Menſe Martio. Radices enim fovent arborum truncos, non rami: Siquidem arbores interdum germina quidem producunt, nec tamen poſtea ad maturitatem perveniunt, ſed intercidunt: Cujus rei cauſſa eſt, quod radix non ſat habeat fomenti & humiditatis.

Glandes & quercineæ & fagineæ jam maturæ ſunt, vel ita etiam, ut eas non incommodè terræ rurſus committere poſsis, quorum ſi tibi in ſylvis magna erit copia, ſues ad ſaginationem age.

Eſt enim & Fagus arbor glandifera, cujus glans triangulâ cute includitur: folium autem ejus tenue & leviſsimum eſt, celerrimè flaveſcens. Fertilitas ejus alternat, ut ferè omnium arborum fructiferarum.

Caſtaneæ quoque decidunt hoc tempore. Fructus integuntur ſpinoſo cortice.

Unde Virgilius.

Stant & Juniperi, & Caſtaneæ hirſutæ.

Nuces quoque antequam planè maturuerint, unà cum corticibus, adjunctis Helenii & Acori radicibus, hoc Menſe condito.

Octiduum illud circa Michaëlis, optimum ſationi hyemali tempus creditur.

Se-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Sementem feſtinatam ſæpè, ſerotinam ſemper decipere, Plinius affirmat, quod & ego ſentio.

In noſtris locis nunc muſtum paratur ex pyris, pomis, acetum item & agreſta.

Sunt autem poma ac pyra matura nigreſcente ſemine.

Collige ea ſereno cœlo & poſt meridiem, nec ante 16. Lunæ.

Stercoriza agros & hortos: ac ut magnum ſterquilinium habeas ſtude.

Interim Lunâ decreſcente ſtercus ne tangito: intermenſtruâ potius dimidiâque.

Hoc anni tempore, ut & in vere potiſsimum grandinat: Hyeme autem nunquam aut quàm rariſsimè.

Eſt autē grando pluvia in deſcenſu rurſum cōſtricta. Grandines ex altiore loco deſcendentes rotundiores & minores ſunt, quia in deſcenſu paulatim liqueſcunt.

VIRGILIUS.

——————— Arida tantum
Ne ſaturare fimo pingui pudeat ſola, neve
Effœtos cinerem immundum jactare per agros.
Sæpè etiam ſteriles incendere profuit agros,
Atq; levem ſtipulam crepitantibus urere flammis:
Sive inde occultas vires, & pabula terræ
Pinguia concipiunt: ſive illis omne per ignem
Excoquitur vitium, exudat inutilis humor.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

VIRGILIUS.

Libra diëi ſomniq́ pares ubi fecerit horas,
Et medium luci atq́ umbris jam dividet orbem,
Exercete viri tauros, ſerite hordea campis.

Opera nimirum ruſtica hujus Menſis.

Obe pergite, arator inquit, obe
Obe pergite equi, tenetq́ ſtivam.
Ji pergunt meliùs trahuntq́ aratrum
Obſervantq́ ſui ſonos magiſtri,
Alter ſed jacit in ſolum gradatim
Victus ſemina ſeparata noſtri,
Divinumq́ operi petit favorem.

ALIUD.

Jndulge hîc genio, medicamina ſume, cruorem
Venus mitte, cutem ſcarificato, lava.
Poma, ferina & apes proſunt: Sic vina Venuſq́,
Parcè ſumpta tamen: nam nimium omne nocet.

TABULA OCTOBRIS.

Obſervationes Oeconomicæ & Medicæ in Octobri.

Avibus & feris veſcitur, muſtum vendit, aërem infrigidat, propterea pecudes ad ſtabula cogit, arbores fructibus & foliis ſpoliat.

OCTO-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Calendarium Vetus Iulian. Novum Gregorianum.

Feſta ſtabilia.	Dies.	Calend: No: Idus.	*Feſta ſtabilia*	Dies.	Calend; No: Idus.	Loc. ☉ ♎	Dier. Quan. H.	M.	Noct. Quan. H.	M.	Ortus Solis. H.	M.	Occa. Solis. H.	M	Hor Planet. quant. H.M
	14	Pri. Idus Oct.	*Chryſan,*	24	9. Cal. Nov.	1	10	10	13	50	6	55	5	5	0. 50
	15	Idus Octo.	*& Dam.*	25	8. Cal. Nov.	2	10	6	13	54	6	57	5	3	
Galli	16	17. Cal. Octo.	*Evariſti.*	26	7. Cal. Nov.	3	10	2	13	58	6	59	5	1	
	17	16. Cal. Nov.		27	6. Cal. Nov.	4	9	58	14	2	7	1	4	59	0. 49
...uc. Evan.	18	15. Cal. Nov.	**Sim. Iud.**	28	5. Cal. Nov.	5	9	55	14	5	7	2	4	58	
	19	14. Cal. Nov.		29	4. Cal. Nov.	6	9	51	14	9	7	4	4	56	
	20	13. Cal. Nov.		30	3. Cal. Nov.	7	9	48	14	12	7	6	4	54	
...la. Ab.	21	12. Cal. Nov.	*Novem.*	31	Pri. Cal. Nov.	8	9	45	14	15	7	7	4	53	0. 48
	22	11. Cal. Nov.	**Om. San.**	1	Calend. Nov.	9	9	42	14	18	7	9	4	51	
	23	10. Cal. Nov.		2	4. Non. Nov.	10	9	38	14	22	7	11	4	49	
...Chryſan.	24	9. Cal. Nov.		3	3. Non. Nov.	11	9	34	14	26	7	13	4	47	
& Dam.	25	8. Cal. Nov.	*Vitalis.*	4	Pri. Non. Nov	12	9	31	14	29	7	14	4	46	0. 47
...variſti.	26	7. Cal. Nov.	*& Agri.*	5	Nonæ Nov.	13	9	28	14	32	7	16	4	44	
...mm. Iud.	27	6. Cal. Nov.		6	8. Idus Nov.	14	9	24	14	36	7	18	4	42	
	28	5. Cal. Nov.		7	7. Idus Nov.	15	9	21	14	39	7	19	4	41	0. 46
	29	4. Cal. Nov.	*4 Cor.*	8	6. Idus Nov.	16	9	18	14	42	7	21	4	39	
	30	3. Cal. Nov.	*Ded Ba.*	9	5. Idus Nov.	17	9	15	14	45	7	22	4	38	
...ovem.	31	Pri. Cal. Nov.	*Tripho.*	10	4. Idus Nov.	18	9	12	14	48	7	24	4	36	
...m. San.	1	Calend. Nov.	**Martini.**	11	3. Idus Nov.	19	9	9	14	51	7	25	4	35	0. 45
...n anima.	2	4. Non. Nov.	*Mart. Pa.*	12	Prid. Id. Nov.	20	9	6	14	54	7	27	4	33	
	3	3. Non. Nov.		13	Idus Nov.	21	9	3	14	57	7	28	4	32	
...talis.	4	Pr. Non. Nov.		14	18. Cal Dec.	22	9	0	15	0	7	30	4	30	
Agric.	5	Nonæ Nov.		15	17. Cal. Dec.	23	8	58	15	2	7	31	4	29	0. 44
	6	8 Idus Nov.		16	16. Cal. Dec.	24	8	55	15	5	7	32	4	28	
	7	7. Idus Nov.	*Gre. Tha.*	17	15. Cal. Dec.	25	8	52	15	8	7	34	4	26	
Cor.	8	6. Idus Nov.		18	14. Cal. Dec.	26	8	59	15	11	7	35	4	25	
...ed. Ba.	9	5. Idus Nov.	*Pont. Pa.*	19	13. Cal. Dec.	27	8	46	15	14	7	37	4	23	0. 43
...ipho.	10	4. Idus Nov.	*Ceciliæ.*	20	12. Cal. Dec.	28	8	43	15	17	7	38	4	22	
...Martini.	11	3. Idus, Nov.		21	11. Cal. Dec.	29	8	40	15	20	7	40	4	20	
...rt. Pa.	12	Pri. Idus. Nov.		22	10. Cal. Dec.	♐	8	38	15	22	7	41	4	19	
	13	Idus Nov.	*Clem. Pa.*	23	9. Cal. Dec	1	8	35	15	25	7	42	4	18	0 42

Cal. Oct. *Non. Oct.* *Idus. Oct. 7. Cal. Nov.*

Bononem FRANciſcus monet, provideat duræ hyemi

Prid Cal. Novemb.

LVcas jam pluit, Severinus flat, Simon gelat.

OCTOBER ♏ SCORPIUS.

Sptember quaſi ſeptimus imber, vel quòd ſit ſeptimus à Martio.

Scorpius Autumni hîc moderatur tempora læti.

October bove ſemino juvante,
Vt tellus ferat omnibus legumen.

October cultis committit ſemina ſulcis.

ALIUD.

Muſta dat October gratiſsima dona Lyæi,
Collige nunc uvas, ut nova vina bibas.

Muſtum citò ſolvit & inflat.

Faciunt hoc menſe etiam vina, admixtis cariophyllis, helenio, abſinthio, ſalvia, & id genus aliis herbis.

Syracides cap. 31.

Vinum in jucunditatem creatum eſt, & non in ebrietatem, ab initio.

Exultatio eſt animæ & cordis vinum moderatè potatum.

Homerus.

Vinum viro defatigato robur magnum addit.

Ovidius.

Et jam deficiens ſic ad tua verba revixi,
Vt ſolet infuſo vita redire mero.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Quando tener caulis tranſcendit culmina ſepis,
Non eſt jucundi copia multa meri.
Sæpè ſuave ſolum vinum producit amænum,
Naturam vitis vinum ſequitur, benè ſcitis.
Dat prenſum leporem, cumq́ ipſo palmite fœtus
October, pingues dat tibi ruris aves. 16. Octob. S. Galli.
Hæc cape, ſed modicè membra exerceto labore,
Veſcere acetoſis, nec prohibenda Venus.

Uvas lege hoc tempore ſicco, aliás vinum fit aquoſum: Sed muſtum Lunâ ſub terra exiſtente calcato.

Arbores tranſplanta, ſere atque amputa.

Gramina marceſcunt, propterea boves & vaccas macta. Horum carnes poſtquam aliquot dies ſali traditæ fuerint, fumo deinde indurato.

Venam aperi, thermas adhibe: hæc prætereq́ columbis
Gallinâ & pomis veſcere: muſta fuge.

Quando oves hyeme veſperi non libenter domum abigi ſe patiuntur, plerunq; nivem aut pluvias deſignant.

Florida nudatur foliis cùm ſerius arbor,
Aſperitas hyemis ſumma venire ſolet.

De nive venatores accepimus conjectari ſolitos ex dierum numero, qui à prima nive ad proximum ſupereſſent novilunium, idque ex vetuſtis & ſæpè comprobatis attentorum venatorum annotationibus, tot ſcilicet venturas nives, quot dies à prima nive ad novilunium interſunt.

Lucæ Euang. 17. Octob. Lucas idem ſignificat, quod Aſſumtus.

Quan-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Quando in ſylvis eſt bona ſaginatio, & proventus glandium uberior, tunc multæ nives, hyemsque aſpera futura exiſtimatur.

Multæ autem nives fœcundam meſſem præſagiunt.

Ruſticorum noſtrorum opinio eſt; Quando pecus ſternutat ſæpius, nivem adventuram eſſe.

Multum fructum quercus ferentes longiorem hyemem prænunciant.

Simonis & Iudæ. 27. Octob.

Feſta dies Judæ prohibet te incedere nudè:
Aſt aptis corpus veſtibus omne tege.
Feſta dies Judæ cum tranſeat atq; Simonis,
In foribus nobis eſſe putatur hyems.

Simon } id eſt { auditor ſive audiens.
Judas } id eſt { Confeſſor.

Circa hoc tempus in noſtris oris denuo hirci capris, & arietes ovibus, quas noſtrâ vernacula dicimus, Reiniſche ſchaff/ admittuntur, ut fœtus tempore verno fundant.

Tritura & vende hordeum.

October varias vocat in certamina claſſes
Venatum, corpus tunc tege veſte novâ.
Nec medicã aſperneris opem, tunc pharmaca proſunt,
Tunc longâ ſomnum ducere nocte potes.

ALIUD.

Cum ventis pluvias inducent ſidera luces,
Frigora tunc lævo contriſtant lumine terram.

ALI-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

ALIUD.

Nunc volucres captare feras, nunc figere damas
Imbelles, eſto cura laborq́; tibi.
Eſſe ſolet volucrum nam copia magna ferarum
In menſe Octobri, nec perit iſte labor.

ALIUD

Venandi ſtudio qui agros ſylvasq́; peragrant,
Nunc olidas agitare ſubtenſa in retia vulpes,
Et curſu ac canibus lepores cervosq́; fatigant,
Vel plumbo ejecto flammis, vel cuſpide ſæva
Dentatos capiunt celſis in montibus apros.

ALIUD.

Me juvat exculta committere ſemina terra,
Tempore quò poßint fructificare ſuo.
Cùm redit October, redeunt quoq́; frigus & horror:
Eſt igitur fornax calfacienda tibi.

ALIUD.

Octobri offertur venatio, vina, volucres:
Utere, nec dubites non tenuiſſe modum,
Sic tamen, ut ne oneres nimio præcordia victu.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

ALIUD.

Nunc Autumnus adeſt Plejadis quando occidit aſtrum,
Atque ſuo Corydon ſemina mandat agro.

Occaſu nimirum matutino, qui in horizonte Cimbrico fit à grad. 27. ♏, ad grad. 1. fermè ♐.

Occaſus autem ille Plejadum ſi pluvialis fuerit, ſeram futuram annonam Aſtrologi judicant: ſi ſerenus tempeſtivam.

Octobri menſe omne ſemen ſpargi poteſt, ſecundum Caſſianum, tunc etiam ſemine ſeritur Quercus. Plutarchus Cheroneus inter arbores ſylveſtres, Quercum fructu belliſsimam & feliciſsimam dicit.

TABULA IN NOVEMBRI

Obſervationes Oeconomicæ & Medicæ in Novembri.

Sues paſcit, anſeres pingues comedit, ligna convehit in vaporariis, Martinum colit.

NOVEM-

NOVEMBER *habet dies* XXX.

Calendarium Vetus Iulian. Novum Gregorianum.

Feſta ſtabilia.	Dies.	Calend. Non. Idus.	Feſta ſtabilia	Dies.	Calend. Non. Idus.	Loc. ☉ ♐	Quan Dier H.	M.	Quan Noct H.	M	Ortus Solis H.	M.	Occa. Solis H	M	[illegible]tor Pla[illegible] quã H M
	14	18. Cal. Dec.	Chryſog.	24	8. Cal. Dec.	2	8	32	15	28	7	44	4	16	
	15	17. Cal. Dec.	Cathar.	25	7. Cal. Dec.	3	8	30	15	30	7	45	4	15	
	16	16. Cal. Dec.	Petr. Al.	26	6. Cal. Dec.	4	8	28	15	32	7	46	4	14	
Gre. Tha.	17	15. Cal. Dec.		27	5. Cal. Dec.	5	8	26	15	34	7	47	4	13	0. 41
Ded. Ba.	18	14. Cal. Dec.		28	4. Cal. Dec.	6	8	24	15	36	7	48	4	12	
Pont. Pa.	9	13. Cal. Dec.	S. Satur.	29	3. Cal. Dec.	7	8	22	15	38	7	49	4	11	
	20	12. Cal. Dec.	Andreæ	30	Pri. Cal. Dec.	8	8	20	15	40	7	50	4	10	
	21	11. Cal. Dec.	DECEM.	1	Calend. Dec.	9	8	18	15	42	7	51	4	9	
Ceciliæ,	22	10. Cal. Dec.	Bibianæ.	2	[illegible]. Non. Dec.	10	8	15	15	45	7	52	4	8	0. 40
Clem. Pa.	23	9. Cal Dec.		3	3. Non. Dec.	11	8	1[illegible]	15	48	7	54	4	6	
Chryſog.	24	8. Cal. Dec.	Barb. vi.	4	Pri. Non. Dec.	12	8	10	15	50	7	55	4	5	
Cathar.	25	7. Cal. Dec.	Sab. Ab.	5	Nonæ Dec.	13	8	8	15	52	7	56	4	4	
et. Ale.	26	6. Cal. Dec.	Nic. Ep.	6	8. Idus Dec.	4	8	7	15	53	7	56	4	4	
	27	5. Cal. Dec.	Ambro.	7	7. Idus Dec.	15	8	6	15	54	7	57	4	3	
	28	4. Cal. Dec.	C. B Mar.	8	6. Idus Dec.	16	8	4	15	56	7	58	4	2	0. 39
Satur.	29	3. Cal. Dec.		9	5. Idus Dec.	17	8	2	15	58	7	59	4	1	
Andreæ.	30	Pri. Cal. Dec.	Melchia.	10	4. Idus Dec.	18	8	1	15	59	7	59	4	1	
DECEM.	1	Calend. Dec	Papæ.	11	3. Idus Dec.	19	8	0	16	0	8	0	4	0	
ibianæ.	2	4. Non. Dec.		12	Prid. Id. Dec.	20	7	59	16	1	8	0	4	0	
	3	3. Non. Dec.	Luc. vir.	13	Idus Ianu.	21	7	58	16	2	8	1	3	59	
arb. vi.	4	Pr. Non. Dec.		14	19. Cal. Ianu.	22	7	57	16	3	8	1	3	59	
abæ Ab.	5	Nonæ Dec.		15	18. Cal Ianu.	23	7	56	16	4	8	2	3	58	
ic. Ep.	6	8 Idus Dec.		16	17. Cal. Ianu.	24	7	56	16	4	8	2	3	58	0. 39
mbro.	7	7. Idus Dec.		17	16. Cal. Ianu.	25	7	56	16	4	8	2	3	58	
oncep.	8	6. Idus Dec.		18	1[illegible]. Cal. Ianu.	26	7	55	16	5	8	2	3	58	
Mar.	9	5. Idus Dec.		19	14. Cal. Ianu.	27	7	55	16	5	8	2	3	58	
el. Pa.	10	4. Idus Dec.		20	3. Cal. Ianu.	28	7	54	16	6	8	3	3	57	
am. Pa.	11	3. Idus. Dec.		21	12. Cal. Ianu.	29	7	54	16	6	8	3	3	57	
	12	Pri. Idus. Dec.	Tho. Ap.	22	11. Cal. Ianu.	[illegible]	7	54	16	6	8	3	3	57	
uciæ,	13	Idus Dec.		23	10. Cal. Ianu.	1	7	54	16	6	8	3	3	57	0. 39.
	14	19. Cal. Ianu.		24	9. Cal. Ianu.	2	7	53	16	7	8	3	3	57	

Cal. Nov. Non. Nov Idus. Nov. 18. Cal. Decemb.

Omnes ſancti exultate, adeſt MARtinus muſto madidus.

Prid Cal. Decemb.

Eliſabeth profert CATHARÆ *amphoram.*

November ♐ Sagittarius.

November quaſi nonus imber, aut nonus à Martio.

Pingues ditibus anſeres November
Vendo, & ligna ſeco favente Lunâ.

Quisquis es ad calidum jam vive quietior ignem,
Otia ſecurus læta November amat.
Jam ſtomacho mulſum, jam zingiber utile credunt,
Conditum cereo ſi tibi melle fluat.

ALIUD.

Hîc hyemis Brumæ oriuntur frigora duræ,
Arcitenens gelido hinc contriſtat ſidere cœlum.

MANTUANUS.

Bruma venit, glacialis hyems apparet in altis
Montibus, & canis albent juga ſumma capillis,
In campos gelido jam deſcenſurus ab axe
Implet Riphæis Boreas aquilonibus utres,
Apta celebrandis, & idonea tempora faſtis.

ALIUD.

Canent rura gelu: poſuit jam vinea frondes,
Frigidus & ſylvis Aquilo decuſſit honorem.

Inſtat

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Inſtat hyems ventoſa, volens agere otia cunctos,
Atq; his, quæ æſtivo parta labore, frui.

Cervi hyemis tempore marceſcunt.

Gallos Indicos, quos noſtrates Calkunſche Höner vocant, mactatos comede, carnem eorum noctu aëri expone; ſic enim evadit tenerior. Uberrimi & maximè laudabilis eſt nutrimenti, vires collapſas reſtituit, genituram auget, ejuſq; uſus Venerem accendit.

OPERA RUSTICA.

Ne vos parcite fuſtibus, maniplis
Qui grana excutitis manu valente.
Nec levi hoc dolet areæ, nec illis,
Si panis juvat, eſt labor ferendus.

Item:

Cùm redit illa dies, quâ ſancti ritè coluntur
Omnes, tunc aër frigidus eſſe ſolet: Omnium Sanctorum 1. Novemb.
Aſpera num ſit hyems ventura, an frigore mitis,
Noſcere non dubiâ cognitione licet.
Ingrediens ſylvam, qua ſancti luce coluntur
Omnes, ex juſſu ſedis Apoſtolicæ,
Cæde aliquam partem patulæ de corpore fagi,
Hanc tua contrectet dextera ritè manus:

Si fagus fuerit ſicca iſto tempore, mitis:
Humida ſi fuerit, dura ſequetur hyems.

ALIUD.

Martinus Epiſcopus 11. Novemb. Martinus, id eſt, bellicoſus.

Dum ſacra Martini recolo, mox Solis in Ortu
Plejades in gelidas præcipitantur aquas.
Illa dies toto fuerit ſi nubila cœlo,
Inconſtans frigus, turbida fiet hyems:
Sin verò Phœbus pelluxerit æthere claro,
Intenſum frigus, ſicca ſequetur hyems.

19. Novemb. S. Eliſabetha Thuringiæ.

Eliſabetha idem ſignificat, quod quies Dei vel quies donata à Deo.

12. Novemb.

Exerit Arcitenens medio ſua ſigna Novembri,
Arcitenens gelido hinc contriſtat ſidere cœlum.

Pectus anſeris ſolet circa Feſtum Martini obſervari. Vulgò enim creditum eſt, os pectoris album ſignificare nives, & calidos dies, nigrum frigus & glaciem, incipiendo prædictiones ab ea parte oſsis, quæ collo propinqua eſt.

Cùm tua lux rediit Martine piiſsime præſul,
Mox durum gelida cum nive frigus adeſt.
Mactantur porci, verubus quoq; figitur anſer
Fatidicus, vulgo eſt ſi tribuenda fides.
Fit quoq; tùm muſtum poſitâ dulcedine vinum
Triſtia lætificans corda ſapore ſuo.

Nivis

Nivis multitudo magnoperè prodeſt, ut ſenſim colliqueſcens dilabatur; ita & terra fermentari optimè poteſt, calore circùm occluſo atq; coarctato.

Nix autem eſt nubes pluvia quidem præparata, ſed quæ ante deſcenſum molliter denuò conglobata ventorũ agitatione in floccos diſtrahitur.

Quamvis autem pluviæ, nubesq; omnibus temporibus exoriri poſsint: hyeme tamen ſolummodo nix decidit eo, quod aër tum rigeat & materia nubium non poſsit in aquas pluvias converti.

Cùm tua lux rediit Martine piiſsime præſul,
Tunc animo læto ruſticus eſſe ſolet.
Carnibus abſumtis tunc inſpicit anſeris oſſa,
Atq; hyemis quæ ſit forma futura notat.

Hoc tempore in nive perſequere vulpes, lupos, apros, capreas, fibros ſive caſtores, lutras, lepores, martes, meles, muſtelas, ſciuros, feles ſylveſtres, viverras: quæ animalia in hiſce locis Cimbricis omnia inveniuntur.

Feſto Martini ex muſto fit copia vini.
Fulmen habent acres in aduncis dentibus apri,
Inſectatur aprum nive nunc venator in alta.

Apro tàm gravis eſt urina, ut, niſi egeſta ſit, fugæ non ſufficiat, & veluti devictus opprimatur. Ego ipſe fugam capientem, prius mingentem vidi.

Circa Martini molles facientia ſomnos
Vina bibe, aut alio curas depellito muſto.

Cum

Cùm nix alta jacet, glaciem cùm flumina trudunt,
Tunc gruibus pedicas, & retia ponere cervis,
Auritoſq; ſequi lepores, tùnc figere damas
Convenit.

Tùm bonus eſt ignis, cùm pendet ſtiria lignis.

Catharinæ. 25. Novemb. Catharina à puritate & caſtitate nomen habet.

Porcelli qui eduntur hoc tempore, ut vituli circa Feſtum Jacobi, rarò ad maturitatem perveniunt aut educantur, propter inſtans frigus & gramen marceſcens.

Semina jaciunt varioli piſces, quæ trutæ minores ſunt.

Excute frumenta, ſed reſervato ſtramen pro pecoribus.

Sues & porcos paſce: qui ſuperſunt, aut macta aut vende. Nam plerunque poſt ſaginationem moriuntur: Eſt enim animal morboſum.

Ex nullo autem animali numeroſiores dapes præparantur: Unde Cicero: Sus, inquit, quid habet præter eſcam, cujus quidem caro ne viventi putreſceret, animam illi pro ſale datam dicit eſſe Chryſippus, & quod nihil genuit natura fœcundius.

Varro dicit animam huic animali, datam pro ſale, quę ſervaret carnem.

Carnes itidem porcinæ ſale condiendæ ſunt.

Sal compara ad ſaliendum.

Salinum in Menſa everti mali ominis ſemper habitum fuit. Quod ego in regiâ aulæ Danicæ menſâ expertus ſum.

Sale

Sale enim in ſacrificiis veteres uſi ſunt: & id ſemper habuêre religioſum ac ſacrum.

Ac per ſe eſt condimentum præſtantiſsimum, nec ſine hoc quicquam ſapidum.

Andreæ feſtum certè comitatur hyems, ſi
Adventum differt frigore dura ſuum.

Andreæ, 30. Novemb. Andreas latinè eſt virilis vel magnanimus.

Quemadmodum prima Dominica Adventus proxima ſit D. Andreæ feſto, ſuo loco in computo Eccleſiaſtico docetur inferiùs. Sunt autem quatuor Dominicæ Adventus, quæ finiuntur iſta, quæ proximè natalem Chriſti antecedit.

Arbor humo tranſponatur, cùm dura remittunt
Frigora: radici frigus obeſſe ſolet.
Adventum circa Chriſti, ad menſem uſque ſecundum,
Optima tranſpoſitis vis datur arboribus.
Vim quoq; creſcendi dant Martius atq; Aperilis,
Attamen infirmi roboris arbor erit.

Plantationis tempus id eſſe cumprimis idoneum, tradit Florentius. Natura tùm circa inferiora magis roboratur, ſicut Verno tempore circa ſuperiora.

Eſſe ſalutaris perhibetur mulſa Novembri,
Zingiber & dulci fiſsile melle natans.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Tum neq; ſæpè laves, Veneris neq; ſacra frequentes,
Ante ſenex tempus ne videare tuum.

ALIUD

Balnea jam rarò, Veneris non crebrior uſus
Expedient: ſubitò ni cupis eſſe ſenex.

TABULA DECEMBRIS.

Obſervationes Oeconomicæ & Medicæ in Decembri.

Ningit ac venatur, Solſtitiumq; facit, triturat, Sues mactat, calida lavat, Chriſti natalia celebrat.

DECEM-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Calendarium Vetus Iulian. Festa ſtabilia.	Dies.	Calend: No: Idus.	Novum Gregorianum. Feſta ſtabilia	Dies.	Calend No Idus.	Loc. ☉ ♑	Quan Dier H. M.	Quan Noct H.M	Ortus Solis H. M.	Occa. Solis H M	[illegible] H M
	15	18. Cal. Ianu.	Nat.Dni.	25	8. Cal. Ianu.	3	7 55	16 5	8 2	3 58	
	16	17. Cal. Ianu.	Stephan.	26	7. Cal. Ianu.	4	7 56	16 4	8 2	3 58	
	17	16. Cal. Ianu.	Ioh. Ap.	27	6. Cal. Ianu.	5	7 56	16 4	8 2	3 58	
	18	15. Cal. Ianu.	SS. In.M.	28	5. Cal. Ianu.	6	7 56	16 4	8 2	3 58	
	19	14. Cal. Ianu.	Tho. can.	29	4. Cal. Ianu.	7	7 57	16 3	8 2	3 58	
	20	13. Cal. Ianu.		30	3. Cal. Ianu.	8	7 57	16 3	8 1	3 59	
Tho.Ap.	21	12. Cal. Ianu.	Sylveſtri.	31	Pri.Cal.Ianu.	9	7 58	16 2	8 1	3 59	
	22	11. Cal. Ianu.	IANVAR.	1	Calend. Ianu.	10	7 59	16 1	8 0	4 0	
	23	10. Cal. Ianu.	Circ.Do.	2	4. Non. Ianu.	11	8 0	16 0	8 0	4 0	
	24	9. Cal Ianu.		3	3 Non. Ianu.	12	8 1	15 59	7 59	4 1	
Nat.Dni.	25	8. Cal. Ianu.		4	Pri.Non. Ian.	13	8 4	15 56	7 58	4 2	0. 39
Stephan.	26	7. Cal. Ianu.		5	Nonæ Ianu.	15	8 6	15 54	7 57	4 3	
Joh. Ap.	27	6. Cal. Ianu.	Epip.Do.	6	8. Idus Ianu.	16	8 7	15 53	7 56	4 4	
SS.In.M.	28	5. Cal. Ianu.		7	7. Idus Ianu.	17	8 8	15 52	7 56	4 4	
Tho. can.	29	4. Cal. Ianu.		8	6. Idus Ianu.	18	8 10	15 50	7 55	4 5	
	30	3. Cal. Ianu.		9	5. Idus Ianu.	19	8 12	15 48	7 54	4 6	
Sylveſt. Pa.	31	Pri.Cal.Ianu.		10	4. Idus Ianu.	20	8 14	15 46	7 53	4 7	
IANVA	R	IVS.									
Circ.Do.	1	Calend. Ianu.	Hyg. Pap.	11	3. Idus Ianu.	21	8 14	15 46	7 53	4 7	0. 40
	2	4. Non.Ianu.		12	Prid.Id. Ianu.	22	8 16	15 44	7 52	4 8	
	3	3. Non.Ianu.		13	Idus Ianu.	23	8 1[illegible]	15 42	7 51	4 9	
	4	Pr.Non.Ianu.	Hil. & Fe.	14	19. Cal. Febr.	24	8 20	15 40	7 50	4 10	
	5	Nonæ Ianu.	Paul. Pr.	15	18. Cal. Febr.	25	8 22	15 38	7 49	4 11	0. 41
Epip.Do.	6	8 Idus Ianu.	Marc. Pa.	16	1[illegible]. Cal. Febr.	26	8 24	15 36	7 48	4 12	
	7	7. Idus Ianu.	Ant. Ab.	17	16. Cal. Febr.	27	8 26	15 34	7 47	4 13	
	8	6. Idus Ianu.	Cath. Pe.	18	[illegible]. Cal. Febr.	28	8 28	15 32	7 46	4 14	
	9	5. Idus Ianu.	Ma. Mar.	19	14. Cal Febr.	29	8 30	15 30	7 45	4 15	
	10	4. Idus Ianu.	Fab. Seb.	20	13. Cal. Febr.	♒	8 32	15 28	7 44	4 16	0 42
Hyg Pap.	11	3. Idus Ianu.	Vinc. &	21	12. Cal. Febr.	1	8 35	15 25	7 42	4 18	
	12	Pri.Idus Ianu.	(Anaſt.	22	11. Cal. Febr.	2	8 38	15 22	7 41	4 19	
	13	Idus Ianu.	Emeren.	23	10. Cal. Febr.	3	8 40	15 20	7 40	4 20	

Cal. Dec. Non. Dec Idus. Dec. 19. Cal. Ianuar.

Iam vellit BARbam NIClas, CONcipit virgo Lucia oculos cœcos

Prid. Cal. Ianuar.

THOmas credit. Naſcitur mundo DEVS.

December ♑ Capricornus.

December quaſi decimus imber, & quaſi decimus à Martio.

4. Decemb. Barbara.

Lætus vivere nunc volo December,
Occido quoniam ſuem triumphans,

6. Decemb. Nicolaus latiné victor populi.

Bruma venit, denſis tu frigora pellibus arce,
Qui ſapis, & calidis adjice ligna focis.

Bruma dicitur à breviſsimo die.

Secundum { Jul. 12. Dec. / Greg. 22. Dec.

SOLSTITIUM HYBERNUM.

SEU BRUMALE eſt tempus anni, quo dies eſt breviſsimus, nox verò longiſsima, & Sol verſatur in o ♑, & ferè circa perigæum eccentrici ſui, proximus quidem terris: ſed quia radios obliquos in noſtrum Horizontem ſpargit, nec diu commoratur in noſtro hemiſphærio, calorem præbet debiliſsimum.

Iis, qui morbo afficiuntur, timendum:
Medicinis abſtine.

Solſtitium Æſtivum dat Junius: ipſe December
Hybernum: hîc longa eſt nox, ibi longa dies.
Hæc duo Solſtitium faciunt Cancer, Capricornus,
Vitus, Lucia; ſunt duo Solſtitia.

Lucia. 13. Dec Lucia à luce appellata eſt.

In Juliano Calendario.

MAN.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

MANTUANUS. 12. Faſtor.

Venit ad Auſtralem lampas Titonia metam,
Et ſubit Ægoceron verſo temone quadrigam
Flectit ad Arcturum, pluvioq; recedit ab Auſtro,
Prodit itemq; dies, dederat quæ tempora, nocti
Subtrahit, & longæ nimium jam pœnitet umbræ.

Halcyonides vocantur dies 14. quorum ſeptem antecedunt, ſeptem verò conſequuntur Brumam. Per eos mare alioqui turbulentum, placidum & navigabile eſt. Nomen verò habent ab ave, quæ Halcyon, Eißvogel appellatur.

Eſt nunc quoq; tempus porcorum mactandorum commodum.

Spirat hoc tempore plerunq; ventus Septentrionalis.

Ex ſiccis lignis componitur optimus ignis,
Frigora cùm nivibus tellurem denſa fatigant.

Cùm creſcente die brevior nox cogitur eſſe,
Tunc ſumit vires horrida bruma ſuas.
Defende & frigus cerebro, caput & benè muni:
De fuſo conjux lintea fila trahat.

Tritura frumenta.

Nunc pellis Vulpina eſt optima.

Genitalia vulpium oſſea ſunt, in calculo humano præcipua remedia, ſic & in pectore portata viſum conſervare volunt.

Vulpes vafrum eſt animal, Echinis infeſtum, quos cùm aliter propter aculeos nequit ſuperare, reſupinat, & inverſos in ventrem (qui mollis eſt) lancinat, eoq́; modo interficit.

Vulpes inimicæ ſunt milvis.

Gallinaceos non attingunt, qui vulpinum jecur comederint. Odorem reddunt graveolentem.

Martial:

Nunc olidam clamoſus ages in retia vulpem.

Urgentibus à tergo canibus, caudas ſuas lotio perfundunt, hiſq́; inſectantium propiùs canum ora diverberant: qua moleſtia affecti canes inſequi deſiſtunt.

Non fodit ſpecus, ſed ab aliis exfoſſos occupat. Venatur leporem, cuniculos, gallinas, aves, mures, piſciculos, doloſè autem omnia.

21. Decemb. Thomas latinè geminus.

Aſpera cum miteſcit hyems, tùm denſa cadit nix,
Nubes ſi adfuerit: ſi tamen atra, pluit.

Hoc menſe Paterfamilias frumenta molere, & è farina panem pinſere curat, qui durat uſq́; ad feſtum Pentecoſtes ſiccat quoq; & benè ſaturat.

--------------------- Nunc etiam
Ne ſaturare fimo pingui pudeat ſola: nam ſic
Abſorbet liquidâ cum nive terra fimum.

Ligna hoc menſe cędenda ſunt & focis & ædificiis apta. Sed quæ ædificiis commoda erunt, Lunâ decreſcente cædi debent, at quæ focis conveniunt, Luna creſcente.

Quô dies eſt brevior, eò eſt radiorum Solarium efficacia minor. Quò minus radiorum eſt, cum Solarium tum Lunarium, eò tempus cædendis arboribus eſt commodius, Luna præſertim in ♉, ♑, ♍, exiſtente.

Vltima

Vltima lux tibi ſit bené commendata Decembris,
Cum præeunte die, cumq́ ſequente die.
Quando quæ multos poſsint durare per annos
Ædificaturus cædere ligna voles.
Hæc neq́ putreſcunt, neq́ fiunt vermibus eſca:
Tempore dureſcunt ſed magis atq́ magis.

Natus eſt Chriſtus Salvator noſter 8. Cal. Jan. id eſt, 25. Decemb. nocte brumali, Puta nocte media, inter 24. & 25. diem Decembris, quando dies incipiunt creſcere, noctesq́; minui, Anno mundi 3970. Quo quidem tempore pax erat in univerſo terrarum orbe, & tertiùm clauſerat Jani templum Auguſtus.

Natalis Chriſti. 25. Dec. Stephanus latinè corona 26. Decemb. Hoc die equis venam pectorariam incidi curate. Iohan. Evan. 27. Decemb. Dies Innoc. 28. Decemb. Facta eſt hæc laniena poſt abitum Magorum & fugam Chriſti in Ægyptum.

Quando prata virent Natalis tempore Chriſti,
In Paſcha feſto tùm nive tecta latent.
Cùm Lunâ creſcente redit Natalis Jeſu,
Tunc annus ſequitur fertilis atq́ bonus,
Quô propior fuerit Chriſti Natalis Jeſu,
Cùm nova recreſcens cornua Luna parat:
Annus eò melior, tu experto crede, ſequetur,
Qui nos optatâ fertilitate beet.
Quô propior fuerit Chriſti Natalis Jeſu
Cùm ſua jam minui cornua Luna ſinit.
Annus eò pejor, tu experto crede, ſequetur,
Qui variis angat nos crucietq́ modis,

Paſſer per hyemem ubiq́; apparet.
Urſi coëunt hyemis initio, ambobus cubantibus, complexiſq́;

Deinde

Deinde ſeparatim abeunt in latebras, in quibus pariunt tricesimo die, & plurimum quinos, ſine oculis & ſine pilo. Ungues tamen prominent. Hos partus lambendo paulatim figurant. Rarò viſa eſt pariens urſa.

Mares 40 diebus latent. Fœminæ 4 menſibus. Latebram ſi non habent, fruticem & ramorum congerie ædificant molli fronde conſtratum, ventiſq; & imbribus impenetrabilem.

Primis 14 diebus adeò gravi ſomno premuntur, ut ne vulneribus quidem excitari queant, tumq; in veterno pingueſcunt. Ab his diebus priorum pedum ſuctu vivunt.

Fœta dies 14 immobilis manet.

Sine cibo dies 40. Fœtus ridentes pectori admotos fovent, eodem in cubitu, quo volucres ova. Fœmina ſævior eſt & fortior mare. Vivunt fronde, fruge, vindemiâ, pomis, apibus, cancris & formicis.

Eſcis ante focum calidis utare Decembri,
Valdè olus & lac ſunt tùnc fugienda tibi.
Tùnc vino Veneriq; indulge, & aromate multo
Sparge cibos, artus ſæpè labore doma.

ALIUD.

Incidas capitis defenſi à frigore venam,
Cinnameoq; tuus fragret odore calix.

TABULA IN IANUARIO.

Obſervationes Oeconomicæ & Medicæ in Januario.

Vino & foco gaudet, carnes torret, ſanguinem minuere prohibet, annum claudit & aperit.

Calendarium Vetus Iulian. Novum Gregorianum.

Feſta ſtabilia.	Dies.	Calend. No. Idus.	Feſta ſtabilia	Dies.	Calend. No. Idus.	Loc. ☉ ♒	Quan. Dier. H.	M	Quan. Noct. H.	M.	Ortus Solis. H.	M.	Occa. Solis. H	M	Hor. Planetarum H.M.
Hi. & Fe.	14	19. Cal. Febr.	Timoth.	24	9. Cal. Febr.	4	8	43	15	17	7	38	4	22	
Paul pr.	15	18. Cal. Febr.	**C. S. Pau.**	25	8. Cal. Febr.	5	8	46	15	14	7	37	4	23	0. 43
Marc. Pa	16	17. Cal. Febr.	Polycar.	26	7. Cal. Febr.	6	8	49	15	11	7	35	4	25	
Ant. Ab.	17	16. Cal. Febr.	Ioh. Chr.	27	6. Cal. Febr.	7	8	52	15	8	7	34	4	26	
C. S. Pet.	18	15. Cal. Febr.	Agn. ſec.	28	5. Cal. Febr.	8	8	55	15	5	7	32	4	28	
Ma. Mar.	19	14. Cal. Febr.		29	4. Cal. Febr.	9	8	58	15	2	7	31	4	29	0 44
Fab. Seb.	20	13. Cal. Febr.		30	3. Cal. Febr.	10	9	0	15	0	7	30	4	30	
Agn. vir	21	12. Cal. Febr.	FEBRVA.	31	Pri. Cal. Febr.	11	9	3	14	57	7	28	4	32	
Vin. Ana	22	11. Cal. Febr.	Ign. Ep	1	Calend. Febr.	12	9	6	14	54	7	27	4	33	0. 45
Emeren.	23	10. Cal. Febr.	**P. B. Ma.**	2	4. Non. Febr.	13	9	9	14	51	7	25	4	35	
Timoth.	24	9. Cal Febr.	Baſil. Ep.	3	3 Non. Febr.	14	9	12	14	48	7	24	4	36	
C. S. Pau.	25	8. Cal. Febr.		4	Pr. Non. Febr.	15	9	15	14	45	7	22	4	38	0. 46
Polycar.	26	7. Cal. Febr.	Agathæ	5	Nonæ Febr.	16	9	18	14	42	7	21	4	39	
Ioh. Chr.	27	6. Cal. Febr.	Doroth.	6	8. Idus Febr.	17	9	21	14	39	7	19	4	41	
Agn. ſec.	28	5. Cal. Febr.		7	7. Idus Febr.	18	9	24	14	36	7	18	4	42	0. 47
	29	4. Cal. Febr.		8	6. Idus Febr.	19	9	28	14	32	7	16	4	44	
	30	3. Cal. Febr.	Apolloniæ	9	5. Idus Febr.	20	9	31	14	39	7	14	4	46	
	31	Pri. Cal. Febr.	virg.	10	4. Idus Febr.	21	9	34	14	26	7	13	4	47	
FEBRVA	R	IVS.													
gna. Ep.	1	Calend. Febr.		11	3. Idus Febr.	22	9	38	14	22	7	11	4	49	
P. B. Ma	2	4. Non. Febr.		12	Prid. Id. Febr.	23	9	42	14	18	7	9	4	51	
laſ. Ep.	3	3. Non. Febr.		13	Idus Febr.	24	9	45	14	15	7	7	4	53	
	4	Pr. Non. Febr.	Val. Ma.	14	16. Cal. Mar.	25	9	48	14	12	7	6	4	54	0. 48
gathæ.	5	Nonæ Febr.	Fa. & Io.	15	15. Cal. Mar.	26	9	5	14	9	7	4	4	56	
Doroth.	6	8. Idus Febr.		16	14. Cal Mar.	27	9	55	14	5	7	2	4	58	
irg.	7	7. Idus Febr.		17	13. Cal. Mar.	28	9	58	14	2	7	1	4	59	0. 49
	8	6. Idus Febr.	Sime. Ep.	18	12. Cal. Mar.	29	10	2	13	58	6	59	5	1	
polloniæ	9	5. Idus Febr.		19	11. Cal. Mar.	♓	10	6	13	54	6	57	5	3	0. 50
irg.	10	4. Idus Febr.		20	10. Cal Mar.	1	10	10	13	50	6	55	5	5	
	11	3. Idus Febr.		21	9. Cal. Mar.	2	10	13	13	47	6	53	5	7	

Cal. Ian. Non. Ian. Idus. Ian, 19. Cal. Febr.

CIRcumciſio MAgos mittit ad Chriſti cunabula

Prid. Cal. Febr.

ANtonio AGnes ſubit, PAVlus fidem ſuſcipit.

JANUARIUS ♒ AQUARIUS.

Januarius ex Jano nominatus eſt. Unde germanica vox Jenner facta eſt.

Janus lapſum annum claudo, reſeroq́; ſequentem.

Mutua Iane tuis mittuntur dona Calendis,
Et damus alternis accipimusq́; preces.

1. Die vel Calendis Janu. celebratur circumciſio Chriſti, quòd hoc ipſo die, qui eſt octavus à nativitate, puer Jeſus circumciſus, & nomen illi inditum Jeſus eſt, qui ſalutem dat, vel ſalvat, ut Lactantius, Auſonius, & recentiores alii loquuntur.

Carnes torreo Janus en trementes,
Et lætus comedo biboq́; ad ignem.

Prognoſtica temporum, ex Calendis Januarii, ſive diebus ſeptimanæ, in quos incidunt, deſumta, autore venerabili Beda Præsbytero.

Si Calendæ Januarii incidant in diem Solis, hyems tranquilla erit, ver proceloſum, æſtas ſicca, vindemia larga, boues creſcent, mel abundabit, vetulæ morientur, abundantia & pax erit.

Si in diem Lunæ, hyems mixta erit, ver bonum, æſtas ſicca, tempeſtas turbulenta, vindemia difficilis, & valetudo hominum varia, apes morientur, & prodigia conſpicientur.

Si in diem Martis, hyems nubila erit, ver imbriferum ac proceloſum, æſtas ſicca, vindemia parva, quæ primùm quidem ſpem largi proventus dedit, mulieres morientur, naves periclitabuntur, magnates peribunt.

Si in

Si in diem Mercurii, hyems dura & aſpera erit, ver difficile ac turbulentum, æſtas grata, vindemia larga & laborioſa, frumentum bonum, juvenes morietur, & qui navigabunt in mari, laborabunt.

Si in diem Jovis, hyems placida, ver importunum, æſtas ſicca, vindemia bona, abundantia erit, & Principes ſeu potentes peribunt.

Si in diem Veneris: hyems mutabilis & ver bonum, æſtas ſicca & bona, dolor oculorum, vindemia copioſa & magna frugum ubertas erit, ovesque morientur.

Si in diem Saturni, hyems horrida ob turbinum ſævitiam, ver turbulentum & fruges vitioſæ erunt cum peſte ovium, ſenes morientur, ac incendia paſsim graſſabuntur.

Ligna ſeca, domum vehi cura.

Cùm Luna in primo decreſcit lucida menſe,
Unde ſtruas ædes, cædere ligna decet.

Lupi circa Idus Januarii aut Natalem Domini turmatim curſitant frequenter ululantes. Coëunt enim tunc temporis invicem, atq; in toto anno non amplius quàm dies 12, interdum etiam cum canibus, & adeo furioſi ac rabidi ſunt, ut vel homines aggredi non vereantur. Canum more coëunt, pariunt & rabiei ſunt obnoxii. Oculi eorum noctu ſplendent: ideoq; graſſantur noctu: animalia cornuta invadunt à tergo: in ſumma fame veſcuntur terrâ. Dentes lupini alligati prohibent pavores pueris: & illorum dentibus prodeſſe volunt: alligatos item equis curſum ipſis infatigabilem præſtare. Ferunt lupi roſtrum inveteratum veneficiis reſiſtere. Ob id villarum portis olim præfigebatur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Pelle ſub agnina latitat mens ſæpè lupina.
It lupus ad caulam citiùs quàm Regis ad aulam.
Vlula cum lupis, cum quibus eſſe cupis.

Scropham menſe Januario aut Februario reni ſubmitte, ut in Aprili aut Majo pariat, cùm & tellus jam herbeſcit, & lactis ſit firmior maturitas.

Fimum collectum ad agros & vineas evehe.

Aquoſus ager majorem, ſiccus minorem copiam deſiderat.

6. Ian. *Epiphania Domini, ſive feſtum Magorum.*

Juvencus.

Aurum, thus, myrrham, regique, hominique, Deoque,
Dona ferunt.

Aliter.

17. Ian. Anton. *Caſpar fert myrrham, Melior thus, Balthaſar aurum.*
Decidit alta nivis copia, cuncta tegens.
Bacchus & alma Ceres patiuntur triſtia damna:
Cùm nive non tegitur terra peruſta gelu.
Vtere aromatibus, victu calido, & vitulina,
Pingve, merumque recens fac moderatus ames.
Aëre age in tepido, capiti quid ſanguinis aufer:
Laſcivus Veneris deliciiſque vaca.

Aliud.

Aliud.

Cùm Fabianus adeſt celebris cum Martyre fido,
Humida vis ſiccis redditur arboribus. 20. Ian. Fab. Sebaſt. Sebaſtian, id eſt, venerabilis.

Der Safft tritt in die Bäwme.

ALIUD.

Vitis abundantes tunc fundit prodiga fructus,
Cùm tua, Vincenti, lux ſine nube fuit. 22. Ian. Vincentii.

ALIUD.

Vincentî feſto ſi Sol radiat, memor eſto,
Tunc magnum fac vas, tibi nam vitis dabit uvas.

Aliud.

Clara dies Pauli bona tempora denotat anni: 25. Ian. Converſionis Pauli.
Si fuerint venti, deſignant prælia genti:
Si fuerint nebulæ, pereunt animalia quæq;:
Si nix aut pluvia, tunc fient tempora cara,

Saulus } idem ſigni- { Petitus
Paulus } ficat quod { Quietus.

Item:

Sol ubi VINCENTII feſto PAVLIQVE coruſcat,
Frugibus & vino fertilis annus erit.
Diffunde vina.
Verte frumenta in lacunaribus.
Apes de uno in alium locum transfer.

Vena tibi nullos exſudet ſecta cruores,
Sed calidâ fas eſt mergere corpus aquâ.

Tritura frumentum, ſed ſucciſivis temporibus, & ita ut reliquis menſibus ſat habeas ſtraminis ad pabula pro jumentis tuis.

Fœcundos Janus calices, eſcamq́ tepentem
Poſcit: at arcenda eſt corpore ſegnities.
Vena tibi nullum ſpargat tùm ſecta cruorem:
Tùnc datur, ut longo membra ſopore juves.

TABULA IN FEBRUARIO.

Obſervationes Oeconomicæ & Medicæ in Februario.

Mare gelu conſtringit, ſanguinem minuere concedit, Venerem excitat, ligna ſecat, agros ſtercorizat.

Febru-

Calendarium Vetus Iulian.			Novum Gregorianum.												
Feſta ſtabilia.	Dies.	Calend: Non: Idus.	Feſta ſtabilia.	Dies.	Calend: Non: Idus.	Loc. ☼ ♓	Quan. Dier. H.	M.	Quan. Noct. H.	M.	Ortus Solis. H.	M.	Occa. Solis. H.	M.	Hor. Planet. quā. H.M.
	12	Pr. Idus Febr.	C. S. Pet.	22	8. Cal. Mar.	3	10	16	13	44	6	52	5	8	0. 51
	13	Idus Febru.	An.	23	7. Cal. Mar.	4	10	20	13	40	6	50	5	10	
Va. Mar.	14	16. Cal. Mar.	Mat. Ap.	24	6. Cal. Mar.	5	10	24	13	36	6	58	5	12	0. 52
Fauſt. Io.	15	15. Cal. Mar.		25	5. Cal. Mar.	6	10	28	13	32	6	46	5	14	
	16	14. Cal. Mar.		26	4. Cal. Mar.	7	10	31	13	29	6	44	5	16	0. 53
	17	13. Cal. Mar.		27	3. Cal. Mar.	8	10	34	13	26	6	4[illegible]	5	17	
Sime. Ep.	18	12. Cal. Mar.	vel anno	28	Pri. Cal. Mar.	9	10	38	13	22	6	41	5	19	
			Biſextil.	29					13						
	19	11. Cal. Mar.	MARTI.	1	Calend. Mar.	10	10	42	13	18	6	39	5	21	
	20	10. Cal. Mar.		2	6. Cal. Mar.	11	1[illegible]	46	13	1[illegible]	6	3[illegible]	5	23	0. 54
	21	9. Cal Mar.		3	5. Non. Mar.	12	10	50	13	10	6	3[illegible]	5	25	
C. S. Pet.	22	8. Cal. Mar.		4	4. Non. Mar.	13	10	53	1[illegible]	7	6	3[illegible]	5	27	
	23	7. Cal. Mar.		5	3. Non. Mar.	14	10	56	13	4	6	32	5	28	
Mat. Ap.	24	6. Cal. Mar.		6	Pr. Non. Mar.	15	11	0	13	0	6	3[illegible]	5	30	0. 55
	25	5. Cal. Mar.	Th. de A.	7	Nonæ Mar.	16	11	3	12	57	6	[illegible]8	5	32	
	26	4. Cal. Mar.		8	8. Idus Mar.	17	11	8	12	52	6	2[illegible]	5	34	
			Quadra.												
	27	3. Cal. Mar.	Mar.	9	7. Idus Mar.	18	11	12	12	48	6	24	5	36	0. 56
Vel anno	28	Pri. Cal. Mar.		10	6. Idus Mar.	19	11	16	12	44	6	22	5	58	
Biſextil.	29														
MARTII	1	Calend. Mar.		11	5. Idus Mar.	20	11	20	12	40	6	20	5	40	
	2	6. Non. Mar.		12	4. Idus Mar.	21	11	28	12	32	6	16	5	44	0. 57
	3	5. Non. Mar.		13	3. Cal. Mar.	22	11	30	12	30	6	15	5	45	
	4	4. Non. Mar.	Gregorii	14	Prid. Id. Mar.	23	11	34	12	26	6	13	5	47	
	5	3. Non Mar.		15	Idus Mar.	24	11	38	12	22	6	11	5	49	
	6	Pr. Non. Mar.		16	17. Cal Apri.	25	11	42	12	18	6	19	5	51	0. 58
Th. de A.	7	Nonæ Mar.		17	16. Cal. Apri.	26	11	45	12	15	6	7	5	53	
	8	8. Idus Mar.		18	15. Cal. Apri.	27	11	48	12	12	6	6	5	54	
Quadra.	9	7. Idus Mar.	Ioſeph.	19	14. Cal Apri.	28	11	52	12	8	6	4	5	56	0. 59
Mar.	10	6. Idus Mar.	Conf.	20	13. Cal. Apri.	29	11	56	12	4	6	2	5	58	

Cal. Febr. Non. Febr. Idus. Febr. 16. Cal. Mart.

Se PVRgat nunc Agatha, nunc nudus prodibit VAlens

Prid. Cal. Mart.

Qui ver nunciabit PETRO MAT*hiæ ſortem.*

Februarius ♓ Piſces.

Februarius à februando, id eſt, expurgando dictus eſt, Februare enim eſt expurgare, & februa ſunt καθάρματα, ſive ſacrificia pro defunctorum manibus.

Incido glaciem Februus ſecuri,
Nec non mitia culta ſtercorizo.
Februus inſequitur poſt frigida tempora Jani,
Ordine creſcentes auget & ille dies.

Incipiunt Favonii flare ſexto Idus Februarii, Plinio affirmante.

Permeat ætherios Phœbus per Februa piſces,
Ac multis nivibus pluviisq́ eſt humida tellus.

Aliter.

Occluſos Phœbus reſerat ſub piſcibus agros,
Et multas multa cum nive fundit aquas.

Canes plerunque initio Februarii coitum appetunt: gerunt vtero fœtum 60. diebus, aut tot hebdomadis, quot catuli diebus cæcutiunt.

Conditione bonâ ſunt in cane bis duo dona:
Eſt linguâ Medicus, dominoq́ fidelis amicus,
Sentit odoratu, fugit ejus latro latratu.
Sanat dira canis lingendo vulnera ſæpé.

Optimus canis eſt, qui nouiſsimè cernere incipit, aut quem primum fert in cubile catula.

Vivit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Vivit canis annos 14. aliquando etiam 20, quomodo proditum eſt ab Homero de Argo cane Ulyſsis.

Itinera quamvis longa meminit, nec ulla animantia, præter hominem, memoriâ illum antecellunt.

De canibus, quod Dominorum ſuorum amantes ſint, Plutarchus refert in Dialogo, de comparatione terreſtriũ animantium & marinorum, ubi de cane memorat, qui Pyrrho Epyrotico prodidit interfectorem ſui Domini, & ego multa exempla legi, vidi, & ſcio, de fidelitate canum & equorum.

Theodori Saltatoris Melitenſis canis, ultrò ſeipſum in heri tumulum injiciens, cum ipſo unâ ſepeliri voluit, ut Ælianus prodidit.

Sic cum ante aliquot annos, Fridericus Friderici 1. Regis Daniæ filius, Epiſcopus Hildeshemienſis & Schleſwicenſis, Coadjutor Bremenſis depoſitus eſſet, apud Patrem, in crypta Regia, Schleſwigæ, canis ejus aquaticus, ſub tumba ſe collocavit, & niſi puer ejus vi illum inde expuliſſet, apud Dominum, in crypta, quæ lapidibus claudebatur, manſiſſet, quod ego teſtis ocularis, & multi alii nobiles vidimus, qui canis fidelitatem admirati ſumus.

Canes Melitæi ſtomachi dolorem ſedant applicati ſæpius: tranſireq; morbos ægritudine eorum intelligitur, plerunq; etiam morte, Plin.

Latrat in æde canis, nat in æquore, fulget in aſtris.

Quin etiam feles ſive cati hoc menſe in libidinem rapiuntur, cum dolore concipiunt, abſque dolore pariunt, gerunt utero fœtum per duos menſes Lunares.

Catus quaſi cautus dicitur, ſpecie Leoni non abſimilis, præſertim facie, dentibus & unguibus. Animal noctu vigilans, interdiu dormit: Vivit annos decem.

Catorum nati ſunt mures prendere nati.

In feſto hypapanti (ὑπαπαντῇ)
Non dabis lumen cœnanti.

Purificationis Mariæ. 2. Februar.

Tempore, quo Simeon Chriſtum geſtavit in ulnis,
Lumen ab æterno lumine progenitum,
Amplius haud opus eſt cœnanti lumine, ſumma
Aſperitas hyemis ſed tamen eſſe ſolet.
Tunc etiam claro ſi Jupiter æthere ſurgit,
Nix major forſan, quàm fuit antè, cadet.

Quamdiu alauda ante Purificationis Mariæ feſtum cantillàt, tàm diu poſt illud tacere cogitur.

Alauda mirâ alacritate in aëre paulatim deſcendendo, æſtatem prima inter aves prænunciat, & cantu ſuo diem indicat, pluvias & tempeſtates abhorret. Semel in anno 4 aut 5 ova in condenſo frutice parit.

Accipitrem adeo timet, ut in hominum ſinus confugiat.

Cùm canit ante diem, quo virgo puerpera templum
Inviſit, gratum dulcis alauda melos.
Muta ſilet tanto poſt illum tempore, quanto
Ante illum tenerâ voce ſonora fuit.

ALIUD.

Accipitrem metuens pennis trepidantibus ales,
Audet in humanos feſſa venire ſinus.

Æſtate capitur poſt actam meſſem, & hyeme, tempore nivis.

Sole

Sole micante, die purificante, nix erit major quam antè. 5 *Februar. Agatha.*
Salmones capiuntur â die purificationis uſq; ad feſtum Divi Jacobi.

13. Februar. Valentin.

22. Februar. Cathedra Petri. Petrus à Petra Germ. Ein Felß.

In Petri cathedrâ frigeſcit quando, diebus
Durabit frigus tunc quater atq; decem.

ALIUD.

Nunc torrere decet fruges & frangere ſaxo,
Dum menſis primus dumq; ſecundus adeſt.
Inq; uſum debent longum quæcunq; recondi:
Sicq; farina poteſt ſalva manere diu.
Haud eadem, quando fruges æſtate teruntur,
Eſt ratio, nimius fert quia damna calor.

Hic Menſis, cùm eſt annus biſſextilis, die augetur, & hinc habet dies 29. Hic autem dies, qui eſt 24 Februarii, interponitur poſt 23 diem Februarii, ante diem S. Matthię, qui quarto quolibet anno celebratur 25 die Februarii.

Matthiæ. 24. Februar, Matthias idem eſt, quod donatus à Deo, de quo Baptiſta Mantuanus: Matthia donate Deo: ſic namq; Latino Diceris eloquio, linguæ Theodorus Achivæ.

Biſſextum ſextæ Martis tenuêre Calendæ:
Poſteriore die celebrantur feſta Mathiæ.

ALIUD.

Vulpeculæ glaciem ſuſpectam reddere fertur
Matthias, vitæ ſic timet illa ſuæ.
Quin etiam frigus ſi tùm ſentitur & horror,
Aſpera adhuc multo tempore durat hyems.
Matthias glaciem frangit, ſi invenerit illam:
Ni frangit, glaciem (tu mihi crede) facit.

Item:

Dum nix alta jacet, glaciem dum flumina trudunt,
Quaſſataq; rates, & non tractabile flumen,
Februa nunc ſemper comitantur frigus & algor.

ALIUD.

Quisquis habet curam jumenti, ſtercorat agros,
Lignaq; ſtructuræ dejicit apta, ſapit.

Favonii hybernum molliunt cœlum, Sole Aquarii viceſimam quintam obtinente partem.

Tritura frumenta.

Aſpera ſi non ſævit hyems in Menſe ſecundo,
Crede mihi, in ſancto Paſchate frigus erit.
Pabula jumentum nocturno tempore poſcet:
Sic quoq; tùm fœni maximus uſus erit.

Lupulum terræ commenda, tempore Paſchatis alliga fuſtibus.

Opera ruſtica.

Terram, ſi qua nive eſt ſoluta, findo:
Nec me nunc quoq; arare hyemsmoratur:
Nunc ſentes etiam recido, humiq;
Palum figo, domum reporto faſcem.

Aquilentæ frutices cum radicibus hoc, vel menſe Martio, ulnæ ferè quantitate in terram demitte & planta.

Frigora ſolvuntur tandem, nix alta quieſcit.

Frigora

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Frigore, piſce, ferinaq; abſtine: aromata, vina
Elige: dehinc ſanguis ſanior ut ſit, age.
Pharmaca, Clyſteres, thermas amplectere: venam,
Ne tuſsi aut febri corripiare, ſeca:
Pharmaca nunc hauri, nunc ſcinde in pollice venam,
Et calido multum flumine membra fove.

VSVS VERSVVM ILLORVM qui vulgô Ciſiojanus dicuntur.

Ciſiojanus novus ſubjectus eſt ſingulis Menſibus, de quibus verſus continet, quorum ſingulæ ſyllabæ diebus Menſium exactè congruunt, ac ſimul Calendas, Nonas, ac Idus exhibent.

Syllabæ autem majoribus literis in verſibus iſtis expreſſæ dies feſtorum indicant.

Et in quos Menſium dies feſta incidant, oſtendit ſemper numerus Syllabarum: ut in Decembri dictio BAR, diem Barbaræ notat. Quartum autem eſſe diem Menſis oſtendit numerus Syllabarum: Eſt enim dicto BAR ordine quarta, ut: jam vellit Bar.

SEQVVNTVR NVNC DVÆ Tabulæ, continentes 16 diverſas poli Elevationes, initio ſumpto â grad. 36. uſq; ad grad. 66. Ex quibus tabulis ortus & occaſus Solis, ac inde quantitas diei ac noctis, ſeu arcus diurnus & nocturnus ſine magno labore ac difficili computatione elici poſſunt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Occa.	Ortus		36	38	40	42	44	46	48	50		Occa.	Ortus
			H. M.	H. M.	H. M.	H. M.	H. M.	H. M.	H, M.	H. M.			
♈	♎	0	6 0	6 0	6 0	6 0	6 0	6 0	6 0	6 0	30		
		3	6 3	6 4	6 4	6 4	6 5	6 5	6 5	6 6	27		
		6	6 7	6 8	6 8	6 9	6 9	6 10	6 11	6 11	24		
		9	6 10	6 11	6 12	6 13	6 14	6 15	6 16	6 17	21		
		12	6 14	6 15	6 16	6 17	6 18	6 20	6 21	6 23	18		
		15	6 17	6 19	6 20	6 21	6 23	6 25	6 27	6 28	15		
		18	6 21	6 22	6 24	6 26	6 27	6 30	6 32	6 34	12		
		21	6 24	6 26	6 28	6 30	6 32	6 34	6 37	6 40	9		
		24	6 27	6 29	6 32	6 34	6 36	6 39	6 42	6 45	6		
		27	6 31	6 33	6 36	6 38	6 41	6 44	6 47	6 51	3		
♉	♏	0	6 34	6 37	6 39	6 42	6 45	6 49	6 52	6 56	0	♏	♓
		3	6 37	6 40	6 43	6 46	6 50	6 53	6 57	7 2	27		
		6	6 40	6 43	6 47	6 50	6 54	6 57	7 2	7 7	24		
		9	6 43	6 47	6 51	6 54	6 58	7 2	7 7	7 12	21		
		12	6 46	6 50	6 54	6 58	7 2	7 7	7 12	7 17	18		
		15	6 49	6 53	6 58	7 1	7 6	7 11	7 17	7 22	15		
		18	6 52	6 56	7 0	7 5	7 10	7 15	7 21	7 27	12		
		21	6 55	6 59	7 3	7 8	7 13	7 19	7 25	7 31	9		
		24	6 57	7 2	7 6	7 11	7 17	7 23	7 29	7 36	6		
		27	7 0	7 4	7 9	7 15	7 20	7 26	7 33	7 40	3		
♊	♐	0	7 2	7 7	7 12	7 17	7 23	7 30	7 36	7 44	0	♌	♒
		3	7 4	7 9	7 14	7 20	7 26	7 33	7 40	7 48	27		
		6	7 6	7 11	7 17	7 23	7 29	7 36	7 43	7 51	24		
		9	7 8	7 13	7 19	7 25	7 31	7 38	7 46	7 54	21		
		12	7 9	7 15	7 20	7 27	7 33	7 40	7 48	7 57	18		
		15	7 11	7 16	7 22	7 28	7 35	7 42	7 50	7 59	15		
		18	7 12	7 17	7 23	7 30	7 37	7 44	7 52	8 1	12		
		21	7 13	7 18	7 24	7 31	7 38	7 45	7 54	8 5	9		
		24	7 13	7 19	7 25	7 32	7 39	7 46	7 55	8 4	6		
		27	7 14	7 19	7 25	7 32	7 39	7 47	7 56	8 4	3		
		30	7 14	7 19	7 26	7 32	7 39	7 47	7 56	8 5	0	♍	♑

Ortus	Occa.		Occa.	Ortus
		Signa Septentrionalia ſeu Borealia ♈ ♉ ♊ ♋ ♌ ♍		
		Signa Meridionalia ſeu Auſtral a ♎ ♏ ♐ ♑ ♒ ♓		

Occa.	Ortus	—	52 H. M.	54 H. M.	55 H. M.	56 H. M.	58 H. M.	60 H. M.	62 H. M.	66 H. M.	—	Occa.	Ortus
♈	♎	0	6 0	6 0	6 0	6 0	6 0	6 0	6 0	6 0	30		
		3	6 6	6 7	6 7	6 7	6 8	6 8	6 9	6 11	27		
		6	6 12	6 13	6 14	6 14	6 15	6 17	6 18	6 21	24		
		9	6 18	6 20	6 20	6 21	6 23	6 25	6 27	6 32	21		
		12	6 24	6 26	6 27	6 28	6 31	6 33	6 36	6 43	18		
		15	6 31	6 33	6 34	6 35	6 38	6 41	6 45	6 54	15		
		18	6 37	6 39	6 41	6 42	6 46	6 50	6 54	7 5	12		
		21	6 43	6 46	6 48	6 49	6 53	6 58	7 3	7 16	9		
		24	6 49	6 52	6 54	6 56	7 1	7 6	7 12	7 27	6		
		27	6 55	6 59	7 1	7 3	7 8	7 14	7 21	7 38	3		
♉	♏	0	7 0	7 5	7 8	7 10	7 16	7 23	7 30	7 49	0	♍	♓
		3	7 6	7 11	7 14	7 17	7 23	7 31	7 39	8 0	27		
		6	7 12	7 17	7 21	7 24	7 31	7 39	7 48	8 11	24		
		9	7 17	7 24	7 27	7 30	7 38	7 47	7 57	8 22	21		
		12	7 23	7 30	7 33	7 37	7 45	7 55	8 6	8 34	18		
		15	7 28	7 35	7 39	7 43	7 52	8 2	8 14	8 45	15		
		18	7 34	7 41	7 45	7 49	7 59	8 10	8 23	8 56	12		
		21	7 39	7 47	7 51	7 56	8 6	8 17	8 32	9 8	9		
		24	7 43	7 52	7 56	8 1	8 12	8 25	8 40	9 20	6		
		27	7 48	7 57	8 2	8 7	8 18	8 32	8 48	9 31	3		
♊	♐	0	7 52	8 2	8 7	8 12	8 24	8 38	8 56	9 42	0	♌	♒
		3	7 56	8 6	8 12	8 17	8 30	8 45	9 3	9 54	27		
		6	8 0	8 10	8 16	8 22	8 35	8 51	9 10	10 6	24		
		9	8 4	8 14	8 20	8 26	8 40	8 56	9 16	10 17	21		
		12	8 7	8 17	8 23	8 30	8 44	9 1	9 22	10 27	18		
		15	8 9	8 20	8 26	8 35	8 48	9 5	9 27	10 38	15		
		18	8 11	8 23	8 29	8 36	8 51	9 9	9 32	10 47	12		
		21	8 13	8 25	8 31	8 38	8 53	9 11	9 35	10 50	9		
		24	8 14	8 26	8 32	8 39	8 55	9 14	9 38	11 2	6		
		27	8 15	8 27	8 33	8 40	8 56	9 15	9 39	11 6	3		
		30	8 15	8 27	8 34	8 41	8 56	9 15	9 40	11 9	0	♋	♑
Ortus												Occa	Ortus

Signa Septentrionalia ſeu Borealia ♈ ♉ ♊ ♋ ♌ ♍,
Signa Meridionalia ſeu Auſtralia ♎ ♏ ♐ ♑ ♒ ♓,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

VSUS TABULAE.

1. In fronte hujus tabulæ aſcripti ſunt gradus Elevationum Poli, quibus tempora Ortuum & Occaſuum conveniunt.
2. In columnis verò duabus extremis gradus ſignorum Zodiaci ponuntur, ad quos tempora vel Ortuum vel Occaſuum ſunt ſupputata.
3. In columnis intermedijs offeruntur in horis & minutis ſub Elevationibus Poli ſuprâ ſcriptis, tempora vel Ortus vel Occaſus Solis. Ortus tempus offertur, ſi Sol exiſtit in ſigno meridionali: Occaſus verò, ſi in Septentrionali.

Sunt autem Signa { Septentrionalia ♈ ♉ ♊ ♋ ♌ ♍ / Meridionalia ♎ ♏ ♐ ♑ ♒ ♓ } quæ & { Borealia / Auſtralia } dicũtur.

Exempli gratia.

Sit quærendum ſub Poli Elevatione 55. grad. in horis & ſcrupulis tempus, quo Sol 12. grad. ♓ occupans, manè aſcendit ſupra Horizontem.

Poli Elevationem invenio in fronte tabulæ, in columna verò extrema verſus dextram 12. grad. ♓. occurrunt horæ 6. 41 minut. Tempus quo Sol manè oritur. Sunt enim piſces ſignum Meridionale. Si ſumo 12 grad ♍, idem numerus horarum & minutorum oſtendit tempus, quo Sol eum gradum perambulans veſperi occidit. Eſt enim ♍ ſignum Septentrionale.

Quomodo inveniendum tempus Occaſus Solis cognito Ortus tempore, & contrâ.

Tempore Ortus cognito habetur Occaſus tempus, ſi tempus Ortus Solis in horis & minutis oblatum ſubtrahatur

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

hatur à 12. horis: reſiduum enim oſtendit tempus Occaſus Solis, & contrà.

Exempli gratia.

Sol in 12. grad. ♓ oritur hora 6. 14 minut: Si igitur hoc tempus ab horis 12 ſubtrahatur, relinquẽtur 5. horæ, 19 minut: quibus à meridie elapſis Sol in eodem gradu ♓ ambulans occidit. Sic Sol in 12. grad. ♍ occidit veſperi hora 6. 41 minut: Occidit igitur manè horà 5. 19 minut:

Quomodo invenienda longitudo ſeu quantitas diei ac noctis.

Occaſu Solis duplicato emergit longitudo diei, qua ſublata à 24 horis remanebit quantitas noctis: Ortu verò Solis duplicato habetur longitudo noctis, quæ ſi à 24 horis auferatur, relinquetur longitudo ſeu quantitas diei.

Exempli gratia.

Sole occidente hora 6, 41 minut: illiuſq; temporis facta geminatione emergit quantitas diei 13 hora. 22. minut; quæ ſi auferatur à 24 horis diei naturalis, relinquetur quantitas noctis 10 hor. 38 minut:
Et contra.

QUARTA PARS CALENDARII PRIORIS DE PRÆCIPUIS TEMPORIS Partibus.

DE ANNO POLITICO
ejuſq; partibus.

Annus Politicus eſt abſq; ſcrupuloſâ ſubtilitate illud temporis ſpacium, quo Sol motu proprio ad idem Zodiaci punctum redit, unde digreſſus eſt, conſtans vel menſibus 12, vel Septimanis 52, & uno die, vel diebus 365. & 6 horis.

Dividitur uſitatè in communem & biſſextilem.

Annus communis diebus conſtat 365: & literam ſeu notam diei Dominicæ habet unicam tantùm.

Annus biſſextilis dies habet 366. Dies enim unus, ex horis, quæ integris anni diebus adhærent, quater ſumptis collectus quarto quolibet anno intercalatur, hoc eſt, inſeritur in menſem Februarium ante feſtum Matthiæ, dicendumq; bis ſexto Calendarum Martii, unde & annus ille nomen habet. Suntq; tunc Menſis illius dies 29. cùm aliâs in anno communi tantùm ſint 28.

Mantuanus 2. Faſtor. de Februario, & anno intercalari.

---------------- Quoties adjungitur iſti
Una dies menſi, quod fit cùm quattuor annos
Atropos occârit, vigeſima quarta locanda eſt
Semper, hyperbolicæ ſedes ea debita luci,
Præter enim bis ſex Menſes, ſex continet horas
Annus, & ex iſtis quarto ſubnaſcitur anno
Una dies horis, ſexto finita Calendas

Martis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Martis, & hinc Menſis vigeſima quarta ſecundi,
In geminas lux verſa dies, bis ſexta vocatur,
Iſq; adeo talem nomen transfudit in annum.

Habet autem Biſſextilis annus geminas literas ſeu notas diei Dominicæ, alteram, qua uſq; ad intercalarem diẽ, & alteram, qua ab eodem die ad anni finem utimur.

Cognoſcis verò Biſſextilem, ſi numerum annorum Chriſti propoſitorum diviſeris per 4.

Diviſione enim facta ſi nihil remanſerit, annus ille erit Biſſextilis. Sin vero unitas ſuperfuerit, proximus erit à Biſſextili: Si 2, ſecundus: ſi 3, tertius.

Annus igitur Chriſti 1593. facta operatione deprehenditur eſſe primus à Biſſextili.

Hinc verſus.

Anni diviſi Domini per quattuor æquè,
Monſtrant, biſſextum quâ ratione ſcias.

ALII.

Tunc biſſextus erit, partes per quattuor æquas
Annos partiri cùm poteris Domini.

ALII.

Utrum biſſextus ſit, vel quotus annus ab illo,
Non eſt difficilis labor hic cognoſcere ſemper:
Divide, quot fuerint Domini, per quattuor annos,
Si nihil his ſuperat, anno eſt biſſextus in illo.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Annus 12. Menſibus Menſis 4. hebdomadibus Hebdomada 7. diebus Dies 24. horis	conſtat.

Cæterùm præcipuæ partes anni comprehenduntur his verſibus:

Abſolvit curſum duodenis menſibus annus:
Quattuor hebdomadas menſis complectitur unus:
Hebdomada eſt ſeptem rurſus diſtincta diebus:
Quæq; dies conſtat viginti quattuor horis:
Attamen integris numeratus partibus annus
Tercentum cum ſexaginta quinq; diebus
Perficitur, ſi ſex tamen addas inſuper horas,
Integer inde dies quarto fit quolibet anno.
Hinc biſſextilis tum deniq; naſcitur annus.

Aliter

Annus Solaris ex menſibus eſt duodenis,
Qui conſummantur trecentis quinq; diebus,
Et ſexagenis, cum quartâ parte diei:
Ex qua perficitur annos per quattuor unus,
Quem ſumptum Martis ſexto conjunge Calendis,
Hic quia bis legitur ſextus, biſſextus habetur.

De numero dierum anni.

L. X. V. tria C. ſex horas continet annus,

Ha

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Hæ biſſextilem dant quarto quolibet anno.

Quantitas anni vulgaris.

Tercentum Soles ſexagenoſq; notabis

Quinq;, & ſex horas: integer annus erit.

Annus conſtat ex 365 diebus, & ferè ſex horis, quia deficiunt adhuc duodecim minuta, quæ faciunt quintam partem horæ: Sex illæ horæ quaternis annis introducunt biſſextum, hoc eſt, intercalarem diem, qui eſt dies 24, & interponitur poſt 23 diem Februarii, ante diem S. Matth. qui in quarto anno tunc ſemper celebratur 25 die Februarii.

De vera autem ſive apparente magnitudine anni Solaris Tropici, ſecundum exactum Aſtrologorum calculum, poſterius te Calendarium docebit.

ANNUS autem dictus, quòd revolvitur ut annulus.

Virgilius.

Namq; in ſe ſua per veſtigia volvitur annus.

MENSIS à metiendo, ſecundum Ciceronem, quòd dierum numerum metiatur.

Menſes biſſenos integer annus habet.

Septimana quaſi ſeptem manè.

Dies à diſjungendo, aut diſsipando; Sive à Diis, id eſt, Planetis, qui diebus præſunt.

Nox a nocendo.

DE ANNI INITIO.

Incipit Annus apud nos, quemadmodum etiam apud veteres Romanos Calendis Januariis, id eſt, primo Januarii: Tametſi in aulis Regum ac Principum in ſcribendo incipiant annum à nativitate Chriſti.

Aſtrologi Annum inchoant, quando Sol ingreditur o ♈: quia multi credunt mundum tunc conditum: Quemadmodum & nos Calendaria noſtra hoc initio ſumus exorſi, & cauſſas alibi recenſuimus, quare id factum.

DE QVATVOR ANNI temporibus.

Quatuor Anni partes tempora vocantur, fortaſſe, quòd variè temperentur á Sole diverſos cœli tractus interea percurrente: & ſunt: Ver, Æſtas, Autumnus, Hyems.

Ver â Vireo dictum.

Æſtas ab æſtuo.

Autumnus ab augeo. Nam hominum opes perceptione fructuum augentur.

Hyems ἀπὸ ȣ̃ ὕειν à tempeſtatibus.

Bruma dicitur, quaſi breviſsima dies.

Æſtati Autumnus, Vernum ſuccedit Hyberno.

VER.

Virgilius de Vere.

Tunc agni pingues, & tunc mollißima vina,
Tunc ſomni dulces, denſæq; in montibus umbræ.
----------------- Tunc formoſißimus annus,
Ver adeò frondi nemorum, ver utile ſylvis,
Vere tument terræ, & genitalia ſemina poſcunt.

OVIDIUS.

Omnia tunc florent, tunc eſt nova temporis ætas,
Et tepidum volucres concentibus aëra mulcent.

ALIUD.

Dum medio veris labuntur tempora curſu,
Et mutata novas concipit aura vices:
Ipſa iterum varios tellus reparata colores
Induit, & ducit turba renata choros.

AESTAS.

Spicea ſerta gerit calidiſsima ſolibus æſtas,
Cum ſurgunt fruges, gramina dum redeunt.
Cumq́; tenet calidi torrentia brachia cancri
Cynthius, exundans contegit arva ſeges.

ALIUD.

Fert æſtas flores, terramq́; virentibus herbis
Veſtit, dans avibus cantum, ſylviſq́; decorem.

AUTUMNUS.

Sæpè ſub Autumno, cum formoſiſsimus annus,
Plenaq́; purpureo ſubrubet uva mero,
Cum modo frigoribus premimur, modo ſolvimur æſtu,
Aêre non certo corpora languor habet.

Deſcriptio Autumni.

Jam nunc ardentes Autumnus fregerat umbras,
Atq́; hyemem tepidis ſpectabat Phœbus habenis:
Jam Platanus jactare comas, jam cœperat uvas
Adnumerare ſuas deſecto palmite vitis.
Ante oculos ſtabat quicquid promiſerat annus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

HYEMS.

Dum nive, dum nimbis, dum frigore terra rigeſcit,
Adduntur calidis plurima ligna focis.
Sic etiam ærumnas & curas addit acerbas,
Quæ properat tremulo curva ſenecta pede.

Prima anni quarta, eſt calida & humida, vernalis, puerilis, ſanguinea.

Secunda, calida, ſicca, æſtiva, cholerica, juvenilis.

Tertia, frigida, ſicca, autumnalis, melancholica.

Quarta, frigida, humida, hyemalis, phlegmatica, ſenilis, defectiva.

Brevis deſcriptio Ptolemaica horum quatuor temporum.

Ver humiditatis plurimum habet, tamen ſoluto frigore aura calore diffunditur.

Æſtas calidior eſt, propterea quod tunc Sol proximè ad verticale nobis punctum fertur.

Autumni verò propria ſiccitas eſt, humiditatem tùm præterito æſtu reprimente.

Hyems tota frigida eſt, quòd Sol quàm longiſsimè diſtat à verticali loco.

Frigore & hybernâ gravidus nive nubibus æther.

QVALITATES AC PROPRIETATES *quatuor partium anni etiam hiſce verſibus continentur.*

Ver

Ver præbet flores, calidum Ver fervet & humet:
Æſtas ſicca calet, formoſa eſt meſsibus æſtas:
Muſta dat & morbos Autumnus, ſiccat & alget:
Friget & humet Hyems, glacie & nive flumina
ſtringit.

ALITER.

Frigus Hyems: Æſtas æſtum: Ver lilia: fructus
Autumnus: ſtabiles has habet annus opes.

Sed quando hæ partes incipiant ſecundum Aſtronomos, verſus ſequentes declarant.

Zodiaci caput eſt, Aries, & Veris, & anni:
Æſtatis Cancer: Autumni pendula Libra:
Incipit ex imo pluvialis Hyems Capricorno.

ALITER.

Sunt Aries, Taurus, Gemini tibi ſidera Veris:
Æſtatem Cancer, Leo trux cum Virgine complent:
Scorpius Autumnum, duplici cum Lance Sagitta:
Hinc Hyemem Piſces, Capricornus, Aquarius ad-
dunt.

In quos menſes anni quartæ incidant.

Martius à medio Ver ducit: Junius Æſtum:
Autumnum September habet: Brumamq́ue December:

Verſus de Solſtitiis.

Solſtitium æſtivum dat Junius; ipſe December
Hybernum: hîc longa eſt nox, ibi longa dies.

De Æquinoctiis & Solſtitiis.

Hæc noctes æquant Aries & Libra diebus:
Sed duo Solſtitium faciunt Cancer, Capricornus.

Quid ſit Æquinoctium & Solſtitium, ſuprà dictum eſt in Menſibus.

Æquinoctium dicitur anni tempus, quo dies æquantur noctibus, quod fit in Vere & Autumno: Solſtitium eſt Solis ſtatio, Eſtq; duplex: Æſtivale, & Hybernum.

Quæ præterea ſint qualitates ac proprietates quatuor anni temporum, hæc ſequentia ex libro noſtro de conſervanda valetudine oſtendent.

Annus à veteribus in quatuor eſt digeſtus tempora, hanc (ut opinor) ob cauſam, quod à Sole cæteriſq; ſtellis ea in alias atque alias qualitates pedetentim permutentur, quemadmodum Ver in principio in humidam; in medio in temperatam; in fine verò in calidam:

Æſtas in calidam & ſiccam:

Autumnus in ſiccam & frigidam:

Hyems verò in frigidã & humidam qualitatem convertitur. Singulis enim ferè diebus ac noctibus ſentimus 4. anni qualitates, manè frigiditatem & humiditatem, ante meridiem temperaturam aliquam, poſt meridiem caliditatem & ſiccitatem; veſperi verò ſiccitatem & frigiditatem; idq; minus aut magis ſecundum anni tempora.

Primùm igitur ſingularum anni partium mutationes enarrabo: Deinde, quæ victus ratio in ſingulis ſit inſtituenda, breviter docebo.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

DE VERE,

Ver præbet flores, calidum Ver fervet & humet.

Ver incipit, quando Sol ingreditur ſignum Arietis, quod ferè fit decima die Martii, aut ſecundum Calendarium Gregorianum, viceſima Martii.

Et eo tempore dies æquantur noctibus, frigora hyberna minuuntur, terræ pori jamdudum clauſi & frigore conſtricti aperiuntur, diſſolvuntur calore nives, humiditates ad arborum ſummitates extolluntur, flores, ſegetes redivivo fructu vernant, virent prata & variis colorum picturis ad certamen vſque luxuriant, induuntur novis floribus arbores, laſciviunt pecudes, generantur animalia, volucres gelu triſti terſo dulce jubilant, reſonant Philomelæ, denique omnis terræ ſuperficies amiſſum frigore decus & ornamentum, cunctaque animantia vires priſtinas recuperant.

Ineunte igitur Vere minus comedere, plus verò bibere, paulatim ab aſsis ad elixa progredi, oleribuſque paucis uti, inprimis autem carnibus vitulinis & hædorum veſci, atque à crebris & longis jejuniis abſtinere expedit. Et quia Ver eſt temperatum & ſaluberrimum, moderatiſsima quoque victus ratio tunc eſt ſuſcipienda, ut in temperato ſanitatis ſtudio corpus retineatur,

Tempore verno ſanguinem mittere, qui humor tunc dominatur, purgationeſq; adhibere convenit, ea tamen lege & conditione, ut ſuprà ſcriptum eſt. Cùm autem ver in principio & fine nonihil in humiditate & caliditate excedat, hæc quoque obſervatio, ut circa victus vitæq; rationem non inutilis, haud eſt negligenda.

Veri præſunt Aries, qui eſt ſiccus, terramq; deſiccat,

 ut pro-

ut proſcindi ager, & ſementis fieri poſsit idonea. Arietem ſequitur Taurus, itidem ſiccus, vt ſementi inſerviat. Cumque humectatione ſemen ſparſum indigeat, vt enaſci poſsit: additæ ſunt Tauro Hyades & Plejades, ut pluvias cieant. Deinde opus eſt calore. Idcircò cum Sole Gemini fovent terram, vt creſcere latius ſata poſsint.

DE ÆSTATE.

Æſtas ſicca calet, formoſa eſt meſſibus æſtas.

Æſtas incipit, quando Sol ingreditur primum gradum Cancri, quod fit ferè 12. Junii, aut ſecundum Calendarium Gregorianum 22. Junii.

Et hoc tempore dies longiores noctibus efficiuntur, calores intenduntur, venti leniter agitantur, maria conquieſcunt, fructus & flores ad maturitatem perducuntur, aves tenore maximo reſonant, apes mellificantes floribus variis reficiũtur, naſcũtur ſerpentes, & funduntur venena.

Anguibus exuitur tenui cum pelle vetuſtas:
Cur nos anguſta conditione ſumus?

In æſtate cibis magis demendum, potioni adjiciendum, cibis non utendum niſi elixis ac frigidis, ut à calore & ſiccitate corpus vindicetur, unicè enitendum. Tunc potus ſit cereviſia actu & qualitate frigida, nec tamen frigus adeò ſit intenſum, ut corpus inde alteretur. Æſtivo tempore dominatur flava bilis; Itaque tunc omnis purgatio, ſanguiniſq; miſsio cavenda eſt, in diebus præſertim canicularibus: Vulnerum etiam curatio tum eſt difficilis & periculoſa.

Æſtate induere oportet veſtes oleo imbutas, Item, lentè

lentè ambulare, niſi per æſtus iter ſit faciendum. Cùm æſtas ſit calida & ſicca, ad humida & frigida tunc eſt declinandum.

Æſtati præſunt primò Cancer, qui humidus eſt, ut rigare ſata, ſeu res naſcentes poſsit. Secundò Leo, qui calidus eſt & ſiccus, ut calore maturentur ſegetes: Tertió Virgo, quæ temperata eſt, & æſtum mitigat

DE AVTVMNO.

Autumnus incipit, quando Sol ingreditur primum gr. Libræ, quod fit ferè 13. die Septembris: ſecundũ Gregorianum Calendariũ autem 23. Septembris. In hoc tempore dies & noctes æquâ vice labũtur, noctes etiam creſcunt, dies decreſcunt, mutantur tempora, aër frigeſcit, venti commoventur Septentrionales, flumina creſcunt, fontes diminuuntur folia arborum marceſcunt, deſtituuntur arbores fructibus, demetuntur & percipiuntur ex agris fruges, facies terræ pulchritudinẽ ſuam amittit, volatilia in calidas regiones ſe recipiunt, animalia ſuas appetunt cavernas, ſerpentes foveas faciunt. Per autumnum cibo paulò pleniore ac ſicciore utendum, minus quidem ſed meracius bibendum, fugiendumq; frigus matutinum & veſpertinũ, cum illud tempus propter cœli varietatem & intemperiem prorſus in frigore & calore ſit inæquale. Veneris inprimis vſus tunc fugiendus: Nam corpora eo tempore modò frigore modò calore intemperato afficiuntur. Ideoque meritò perhibent, autumnum mortalibus eſſe lethiferum.

Fructus omnes ſunt cavendi, ne malus ſuccus ad aëris intemperiem accedens totum corpus corrumpat. Dominatur enim tunc atra bilis & Cholera nigra. Eſtque Au-

tumnus frigidus & ſiccus: quare ad calida & humida tunc eſt declinandum.

Autumno præſunt primùm Libra, quæ eſt aërea, ideoque temperat aërem, ut ad ſementem denuò præparetur terra: ſecundò, Scorpius, qui humidus eſt, ut humectare terram & ſata poſſit: tertiò, Sagittarius, qui frigore geluq́, terram operit, ac nive terram calefacit.

DE HYEME.

Friget & humet Hyems, glacie & nive flumina ſtringit.

Hyems incipit, quando Sol ingreditur primum gradum Capricorni, quod plerunque fit 12. Decemb. vel ſecundum Calendarium Gregorianum 22. Decemb. Tempore brumali noctes producuntur, dies abrumpuntur, invaleſcunt frigora, exaſperantur venti, nives & aquarum inundationes ſubitò oriuntur, terra glaciali frigore conſtringitur, cadunt arborum folia, major pars animalium in ventre terræ & cavernis montium, præ nimio frigore & humiditate latet, obſcuratur aër, tremiſcunt pecora & jumenta, debilitantur virtutes corporum.

Hyeme quidem quàm plurima comedere, quàm pauciſsima bibere, fortiter ſe exercere conducit: Virtus enim ventriculi tunc fortior, & ad coquendum aptior eſt. Utendum vino quàm meraciſsimo, cibis calefacientibus & & exiccantibus, carnibus & piſcibus aſſatis, oleribus autem quàm pauciſsimis. Potus hyberno ſit tepidus.

Frigus matutinum ac veſpertinum ſummâ diligentiâ cavere, ac inprimis à capite, cervice ac pedibus arcere expedit. Hyeme celeriter ambulare prodeſt, tùm currere,

tum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

tum luctari. Exercitium corporis quoque tunc utile eſt, quemadmodum & moderatus licitusq; Veneris uſus nullam corporibus noxam infert.

Hyemem regunt, primùm Capricornus, qui terram cohibet, ut velut in ſinu ſuo foveat ſata: poſt hunc Aquarius & Piſces humidi largis nivibus terram humectant, ut tanquam potu copioſo vires ejus reficiantur.

Tegit & claudit terram nive & frigore, impedit navigationem, turbat avium cantum, efficit inertes, inducit ſomnolentiam, auget phlegma, & melancholiam: ſed excitat ſimul etiam homines ad ſtudia laboresque profeſsionis propriæ obeundos.

Hyems, quoniam frigida & humida eſt, ad contraria quoque declinandum nobis eſſe monet: Pituita enim hyeme augetur.

Corn. Celſus.

Ver ſaluberrimum eſt: proxima deinde hyems: periculoſior æſtas, autumnus longè periculoſiſsimus. Nam ferè meridianis temporibus calor, nocturnis atq; matutinis ſimulque etiam veſpertinis frigus eſt: Unde fit, ut Autumnus plurimos opprimat.

DE MENSIBUS ET QUATUOR ANNI TEMPORIBVS.

Æternos menſes & tempora quattuor anni
Quattuor iſta tibi ſubjecta monoſticha dicent.
Martius, Aprilis, Majus ſunt tempora veris.
Julius, Auguſtus, nec non & Junius, æſtas.
Septembri, Octobri, autumnus, totoq; Novembri:

Bruma-

Brumales, Janus, Februarius atq; December.

Annus Politicus non iſtis tantùm quatuor ſuis quartis ac temporibus tributus eſt: Verùm ipſa illa menſibus ſuis ſubdiviſa ſunt, ut totius anni enumerentur duodecim.

Cum autem alii Menſes aliis plures dies habeant, illud etiam hexaſtichis his declaratur.

Junius, Aprilis, September & ipſe November,
Hi denos ter habent dinumerantq; dies.
At reliquos menſes omnes ex ordine Jani
Vnum & triginta quenq; tenere ferunt:
Sed Februus tantùm viginti continet octo,
Ille biſextilis ni tamen annus erit.

		Januarius		
Aprilis		Martius		Februarius
Junius		Majus		communis
September	30	Julius	31	28
November		Auguſtus		Biſſextilis
		October		29.
		December		

Menſes ferè ſunt triplices:

Lunares, Solares & Communes.

Lunaris eſt ſpacium temporis: quo à Phœbo Phœbe recedens ſuo circulo peragrato eidem ſociatur, quod Lunaris vocatur, & dicitur lunatio illius menſis, in quo terminatur: iuxta illud vulgatum:

In quo completur, menſi lunatio detur.

Exempli gratia.

Anno

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Anno 1593 accidit novilunium in Januario, D. 22. Illud jam denominationem accipit non à Januario, ſed á Februario, cùm is ſeneſcentem hujus novilunii inchoati in Januario Lunam excipiat, & Plenilunium, quod ſequitur, in Februario non Januario adſcribatur: Idem de quadraturis, quoque judicandum erit. Interim tamen contingit interdum, vt in Menſibus communibus duæ fiant conjunctiones Luminarium: tum conjunctio circa principium menſis contingens, Menſis Emboliſmalis eſt, quæ verò circa finem, ea jam, ut prædictum, ſequenti menſi aſſcribitur, quippe cùm in eo terminetur. Menſis autem Lunaris nomen, Græciâ menſtruo ſpatio dixerunt.

Solaris eſt temporis ſpacium, quo Sol quodlibet Zodiaci ſignum perluſtrat.

Menſes communes ſunt illi, de quibus ſuprá diximus, & in Calendariis annotantur.

Sed ad Lunares Menſes cognoſcendos, & ipſius Lunæ varietates intelligendas hæc obſerva.

Inventâ certâ die & horâ, quibus Luna cum Sole congreditur, reliquæ item ejus configurationes inventu non erunt difficiles. Nam ſi á tempore ejus coitus ſupputaveris in Calendario dies 7, horas 9, minut. 11, mox videbis, qua die Menſis prima quadra contingat.

Porrò ſi rurſus à die conjunctionis dies 14. hor. 18. minut. 22. ſuper dies Menſium ſupputaveris, ilico tempus Plenilunii conſurget.

Simili modo per aliorum ſeptenorum dierum totidemq; horarum & minutorum ad tempus Plenilunii additionem, ultimam quadram venaberis, vt de prima etiam dictum eſt.

Qualibet Lunatio dividitur in 4. Quadrantes.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Primum dicunt calidum & humidum,
Secundum calidum & ſiccum.
Tertium frigidum & ſiccum.
Quartum frigidum & humidum.

Qui quadrantes habent eaſdem qualitates cum anno.

Quot horis Luna ſingulis noctibus luceat, cùm lucis & ætatis continua à novilunio auctio 48 minutis unius horæ ſtatuatur, facile erit invenire. De quâ tamen re nos ſeparato capite in Calendario Aſtronomico agemus.

Sol ſingulis Menſibus unum ſignum percurrit, ſingulis diebus ferè unum gradum, non tamen Menſium initium ſignorum initio reſpondet, ut Calendaria noſtra oſtendunt.

TABULA CONSENSUS MULtarum naturæ rerum oſtendens.

	CALIDA		FRIGIDA.	
	Sicca.	Humida.	Humida.	Sicca.
Elementa.	Ignis.	Aër.	Aqua.	Terra.
Partes anni.	Æſtas.	Ver.	Hyems.	Autumnus.
Quadræ ☾	Tertia.	Secunda.	Prima.	Ultima.
Humores 4	Cholera.	Sanguis.	Phlegma.	Melãcholia
Ætates 4	Juventus.	Adoleſcentia.	Decrepita ſenectus.	Prima ſenectus.
Cardo mundi.	Oriens.	Meridies.	Occidens	Septentrio
VentiCard.	Eurus.	Auſter.	Zephyrus	Boreas.

DE SEPTIMANIS.

Dicitur Septimana quaſi ſeptem manè, id eſt, dies, quòd ſeptem manè vel diebus illuceſcentibus contineatur. Hi dies à Planetis, qui in illis dominantur, ſic dicti ſunt, ut infrá ſubjecta Tabula indicat: Et fortunatus exiſtimatur ille dies, cujus Planeta fortis eſt, & benè collocatus in figurâ Nativitatis.

Nam cùm die Solis primam horam Sol gubernet: item horam primam Lunaris diei ipſa Luna, & ſic deinceps, factum eſt, ut inde etiam nomen traxerint.

Quem ut dierum, ita dominii ordinem, hi verſus indicant.

1. *Prima dies Soli ſacrata eſt nomine & actu:*
2. *Altera nocturnæ ſervit Lux ſubdita Lunæ:*
3. *Imperio ſævi ſubjecta eſt tertia Martis:*
4. *Quarta eſt Mercurii Virgæ ſubmiſſa potenti:*
5. *Quinta Jovis rapidi agnoſcit dominantia ſceptra:*
6. *Alma Venus ſextam poſcit ſibi jure regendam:*
7. *Septima Saturni lethali ſidere terret.*

Atque etiam illi.

1. *Prima dies Phœbi ſacrato nomine fulget,*
2. *Vendicat & lucens feriam ſibi Luna ſecundam:*
3. *Inde dies rutilat jam tertia Martis honore:*
4. *Mercurius quartam ſplendentem poſsidet altè:*
5. *Juppiter inde ſequens quintam ſibi jure dicavit:*
6. *Concordat Veneri dulci cum nomine ſexta:*
7. *Emicat alma dies Saturno ſeptima ſummo.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Quare autem dies non eo ſibi ordine ſuccedant, quo Planetæ ſe in cœlo ſequuntur, cùm tamen â Planetis nomina ſua acceperint, duplex è Schola Pythagoreorum Ægyptiorum à Dione cauſſa affertur: quarum prima eſt, analogia illa Muſica διὰ τεσσάρων, qua concentum ac harmoniam cœlorum contineri creditum eſt: quę proinde in dierum revolutione itidem obſervetur: ut quia â Saturno quarto loco Sol abeſt manente illa dierum harmonia, ad diem Saturni, Solis ſequi debuit: & quia poſt Solem quarto loco Luna incedit, ea ipſa forma, diem Solis, dies Lunæ excipere debuit, atq; ſic in reliquis.

Altera verò ex diurnæ obvolutionis in horas viginti quatuor partitione deſumpta, veritati rei magis conſentire videtur: Si enim ſingulis horis ſingulos tribuamus Planetas, periodus illa Planetarũ ſeptem ſingula diurna revolutione ter abſolvitur, & tres inſuper horæ ſuperſunt, quibus ſi tres Planetæ dentur, facto principio ab illius diei Planeta, fiet ut ab eo quartus primæ horæ ſequentis diei præſit, ac proinde nomen ei tribuat: Ut die Saturni prima hora datur Saturno, item abſolutâ unâ periodo, octava: tùm decima quinta, tùm vigeſima ſecunda: ac proinde 23, erit Jovis, ultima verò & 24 Martis: ac proinde ſequens, id eſt, hora prima ſequentis diei erit Solis, ac proinde dies Solis, diem Saturni ſequitur, eademq; ratione diem Solis, Lunæ dies: & ſic deinceps ordine præſcripto.

Cæterum Judæi Septimanam divinâ inſtitutione á Sabbato incipiunt, hoc eſt, à die Saturni, quem abſolutè Sabbatum vocant, dies verò ſequentes Sabbati primam, ſecundam & ſic deinceps.

Chriſtiani verò nos Septimanam à die Solis inchoamus, eumq; diem Dominicum appellamus: Quòd eo Dominus & mundum creavit, & natus eſt, & de ſepulchro

ſurrexit

ſurrexit: Reliquos verò dies Feriarum nomine vocamus, qua analogia quoq; hunc ipſum Dominicum diem Feriam primam dicimus, dehinc ſecundam, tertiam & ſic deinceps: ut ex hac collatione dierum Judæorum, Chriſtianorum ac Aſtrologorum patet.

DIES SEPTIMANÆ.

	Aſtrologorum.		Chriſtianorum.	Judęorum.
1	Dies Solis	☉	Dies Dominicæ & Feria prima.	1 Sabbati.
2	Lunæ	☽	Feria ſecunda.	2 Sabbati.
3	Martis	♂	Feria tertia.	3 Sabbati.
4	Mercurii	☿	Feria quarta.	4 Sabbati.
5	Jovis	♃	Feria quinta.	5 Sabbati.
6	Veneris	♀	Feria ſexta.	6 Sabbati.
7	Saturni	♄	Feria ſeptima.	7 Sabbati.

DE DIEBUS.

De Etymologia diei litem Grammaticis relinquimus, de re ipſa acturi: Vulgaris tamen ſententia eſt, diem dictum eſſe à Græco Διὸς, h. e. Jove, Eò quòd diem Jupiter ſummus Deorum gubernet; Certè flamines Diales á Jove ſic appellantur.

Dies duplex vulgo ſtatuitur, naturalis & artificialis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Naturalis ſpacium definitur, quo diurnus ac quotidianus motus cœli reſtituitur, complectens nimirum diurnam lucem ac nocturnas tenebras: eoq; nomine periodo horarum 24 contentum.

Dictus autem eſt naturalis, quia non variat in diverſis terræ habitationibus, ſed in omnibus partibus habitabilibus eſt ſemper æqualis.

Artificialis verò dies ſpatium habetur, quo Sol ſupra Horizontem exiſtens hemiſpherium noſtrum illuminat: qua ratione ob inæqualem inibi Solis moram, æquali horarum periodo definiri nequit.

Interim tamen Scriptores latini, Plinius, Gellius, Macrobius, Cenſorinus & alii diem illum, qui horis 24 definitur, civilem appellant, alterum verò diurnę tantum lucis morâ deſcriptum, naturalem.

Dies autem ille, qui horas 24 continet, & ſive civilis ſive naturalis appellatur, à Medicis Sorani arbitrio in quatuor tribuitur quadrantes, quorum quivis horas ſex Planetarias aut temporales complectitur.

Primus numeratur à noctis hora IX. uſque ad III. diei: calidus eſt & humidus, inq; eo ſanguis movetur.

Secundus à III. diei artificialis ad IX. ejuſdem: calidus & ſiccus: inq; eo cholera excitatur.

Tertius à IX. diei uſque ad III. noctis, frigidus & ſiccus: inq; eo Melancholia multiplicatur.

Quartus á III. noctis ad IX. ejuſdem, frigidus & humidus, inq; eo Phlegma redundat.

Eobanus pulchrè hæc ſequentibus verſiculis deſcribit.

Sanguine Sol oriens, pueriles vendicat artus:
Firma dies, Choleram, læta juventa tibi.

Phlegma-

Phlegmatis occaſus plenam facit eſſe ſenectam,
Bile nigra Boreæ ſed plaga decrepitos.

Nonnulli etiam ſic:

A nonâ noctis, donec ſit tertia lucis,
Eſt dominans ſanguis: verùm inde ſequentibus horis
Eſt vis in Cholera, dum lucis nona ſit hora.
Poſt niger humor adeſt, donec ſit tertia noctis,
Poſtea phlegma viget, donec venit hora quietis.

Dies artificialis dividitur in ortum Solis, Meridiem & Solis occaſum.

Ortus Solis eſt tempus, quo ipſe Sol ab Oriente emergit: quod etiam Manè appellatur.

Quando ortus ſummo tantummodò margine Phœbus.

Juven: lib. 3.

Aut quando
Fuderit in terras roſeum jubar ignicomus Sol.

Meridies dicitur, quaſi media dies, & eſt quando Sol eſt in maxima ſua altitudine, nec altius ille poteſt attolli vel elevari.

Cruſius lib. 1.

Medio cùm Phœbus in axe eſt,

Virgil. 8. Æneid.

Et quando
Sol medium cœli conſcenderit igneus orbem,

Eoba-

Eobanus 1. Sylvar.

Auricomus medium cùm Sol aſcenderit orbem,
Et brevis & omni facta erit umbra loco.

Johannës Franciſcus Ripen.

Jamq́; pari ſpacio Phœbus diſtabit utrinque
Eoam ſpectans Heſperiamq́; domum.

Occaſus eſt quando Sol ſub Horizontem occiduum demergitur: & hæc pars dicitur occiduum ſeu ſerum aut ſuprema tempeſtas.

Sabinus lib. 3. Eleg. 1.

Sol ubi flagrantes æquore mergit equos.

Mycillus lib. 3. Sylvar.

Defunctus curſu claudit Apollo diem.

Sunt interim tamen, qui diem hunc in quatuor quadrantes diſtribuunt, rubentem primum & auroram, alterũ ſplendentem, urentem tertium, quartum tepentem. Quo nomine quatuor Solis equi à Poëtis finguntur.

Solis equi lucis dicuntur quattuor horæ:
Hæc rubet, hæc ſplendet, hæc calet, illa tepet.

DE VARIO DIERVM *initio.*

Diem verò alii populi aliter inchoant.

Itali & Bohemi à Solis occaſu eum incipiunt, quemadmodum & Hebræi.

Aſtro-

Aſtronomi & Umbri cum Arabibus ac Germanis à puncto meridiei.

Babylonii ab exortu.

Romani antiqui & Chriſtiani à mediâ nocte.

Unde hi verſus:

Græci manè diem capiebant Solis in ortu;
Veſpere Judæi: ſcrutantes ſidera cœli,
Dum Sol in medio fulget nitidiſſimus orbe:
Chriſticolæ incipiunt medio ſub tempore noctis:

Induciæ in bellis ab ortu Solis computantur in ortum.

DE LATINA DIERUM APpellatione & diſtributione.

Romani quemcunque Menſem in Calendas, Nonas ac Idus dividunt.

Primus quisq; dies Calendarum nomen obtinuit: aut ἀπὸ τοῦ καλεῖν, aut ab antiquo ejuſdem poteſtatis verbo Calare, quod eſt convocare: Plebs enim convocabatur in capitolium primo menſis die, deq; feſtis & ſacris eo menſe celebrandis, itemque de dierum numero, qui ad Nonas ſupereſſent, edocebatur.

Prima dies menſis cujuſque eſt dicta Calendæ.

Nonæ à numero novenario dictæ ſunt, quòd ab eis dies 9. ad Idus uſque ſupereſſent; aut à nundinis, quæ tot dies durabant, quot eſſent Nonæ.

Idus ab antiquo iduare, quod eſt dividere, dicebantur, quòd circa medium Menſem ſeu Plenilunium conſiſterent, atq; ita medium quaſi menſem diſſecarent.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Ab his tribus cùm cæteri menſium dies omnes nominentur, non mirum eſt cujuſque menſis plures fuiſſe, & Calendas & Nonas & Idus: quem numerum ex verſibus ſequentibus licet intelligere.

Sex Nonas Majus, October, Julius & Mars,
Quatuor at reliqui: dabit Idus quilibet octo:
Inde dies alios omnes dic eſſe Calendas:
Quas retro numerans dices à menſe ſequente.

Sed ita tamen nominantur, ut retro numerari intelligantur: nimirum dies antecedentes â ſecuturis aut Nonis aut Idibus aut Calendis alterius menſis: Unde in enuntiatione præpoſitio Antè, ſemper intelligenda eſt: quarto nonas Martias dicimus, ſcilicet quarto die ante Nonas Martias, quinto Calendas Aprilis, hoc eſt, quinto die ante Calendas Aprilis.

Unde facile intelligitur poſt primum diem, qui menſis Calendarum eſt, in Martio, Majo, Julio, Octobre, ſecundum eſſe VI. Nonas: reliquoſq; deinceps V. IV. III. II. aut pridie Nonas, donec in ſeptimum diem ipſæ Nonæ incidant. In reliquis autem omnibus ſecundum menſis diem eſſe IV. Nonas: dehinc ſubſequi III. II. aut pridie Nonas, donec in quintum diem ipſæ Nonæ deveniant.

Poſt exactas Nonas ſequitur protinus VIII Idus in prioribus illis quatuor die menſis octavo, ipſæque Idus in XV. diem incidunt: at in reliquis VIII. Idus ſextum menſis diem habet, ipſæq; Idus decimum tertium.

Finitis Idibus, qui ad finem menſis ſuperſunt dies, à Calendis ſequentis menſis retro numerantur. Qua ratione Februarius 16 Calendas habebit denominatas á Martio; ac XVI. Calendas in diem 14. incidet; ac in anno biſſextili duo

tili duo dies communi numero à Calendis Martii abeſſe dicuntur 24 & 25 qui ſunt VI. Calendas.

Martius, Majus, Julius, October 17: ita ut XVII. Calendas in 16. Menſis diem deveniat.

Aprilis, Junius, September, November 18; ut XVIII. Calendas in 14. diem incidat.

Januarius, Auguſtus, December 19: ita quidem ut XIX. Calendas in 14. devolvatur.

Unde jam facile erit, quemvis menſis diem Romanæ enunciationi accommodare, & contra Romanæ illius enunciationis dies in noſtrum Calendarium transferre. Quæ tamen collatio cùm abundè ſatis in ſingulorum menſium tabulis comprehenſa ſit, nolo eam hìc pluribus extendere.

ALIQVOT ALIÆ DIErum partitiones.

Solſtitiales, quando Sol eſt in Tropico Cancri vel Capricorni.

Æquinoctiales, quando Sol eſt in Æquinoctiali, ut in Libra & Ariete.

Caniculares, quando Canicula ſub radiis Solaribus verſatur.

Critici, intercidentes, judicativi, quos Medici valdè obſervant.

Eſt autem dies Criticus, in quo fit vehemens in morbis ad ſalutem vel ad mortem mutatio.

Judicativus dicitur, quòd judicat de futurâ Criſi.

Intercidentes dicuntur, quòd inter judicativum & criticum intercidunt.

Fit autem plerumq; Criſis à morbi initio 7. die 14, 20 & 27. Primus dies morbi etiam eſt criticus;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Mutat tamen hos dies Luna ſecundum ſuam celeritatem aut tarditatem.

Judicativus fit plerunq; die 4, 11, 17, & die 24, de quibus poſtea ſingularis figura.

Dicuntur & faſti dies, quibus jura fantur. Nefaſti iis ſunt contrarii.

Feſti dies ſunt dies feſtivi, ut dies Dominica: Profeſti qui procul à feſtis: Interim tamen profeſtos quoq; vocant, qui proximè dies feſtos pręcedunt, ita dies profeſtus Martini, qui proximè eum anteit.

Comitiales ſunt dies apti comitiis habendis.

Corn. Celſus.

Saluberrimi ſereni dies, deteriores pluvioſi, & peſsimi nebuloſi.

DE DIEBUS ÆGYPTIACIS.

Dies Ægyptiaci ideo dicti, quia Dominus in illis percuſsit Ægyptum.

Vocantur etiam illi dies ægri & mali ab effectu: inventi ab Ægyptiis, quòd, qui in his ægrotare incipit, vix aut nunquam evadit, & habet quilibet menſis dies tales.

Sunt autem, ſecundum Paduanum, qui ſequuntur; quibus deinde ſubjuncti ſunt verſus Bedæ de iiſdem diebus, quorum tamen verſuum verba nonnihil mutata ſunt, ſalvâ interim ſententiâ.

TABELLA DIERUM ÆGYPTIACORUM, atque eorum horarum ex Paduano.

Menſes

Menſes.	Dies.	Horæ.	Dies.	Horæ.
Januarius.	1	11	25	6
Februarius.	4	8	20	10
Martius.	1	4	28	2
Aprilis.	10	20	20	11
Majus.	3	6	25	10
Junius.	10	6	16	4
Julius.	13	11	22	11
Auguſtus.	1	1	31	7
September.	3	3	21	4
October.	3	8	22	9
November.	5	8	28	5
December.	7	1	22	6

Plagæ, quibus Dominus percuſsit Ægyptum, in his breviter habentur verſibus:

Sanguis, rana, culex, muſcæ, moriens pecus, ulcus,
Grando, locuſtæ, nox, mors prius orta necans.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Carmina de diebus AEgyptiacis ſecundum Bedam.

1. & 7. Januarii.

Prima dies menſis & ſeptima truncat ut enſis.

3. & 4 Februarii.

Quarta ſubit mortem, proſternit tertia fortem.

1. & 4 Martii.

Martis prima necat, cujus ſub cuſpide quarta eſt.

10. & 11. Aprilis.

Denus & undenus eſt mortis vulnere plenus.

3. & 7. Maii.

Tertius in Majo lupus eſt & ſeptimus anguis.

10. & 15. Junii.

Denus palleſcit, quindenus fœdera neſcit.

10. & 13. Julii.

Tredecimus Julii mactat, denus labefactatat.

1. & 2. Auguſti.

Prima necat fortem, ſternitq́ſ ſecunda cohortem.

3. & 10. Septembris.

Tertia Septembris cum denâſit malè membris.

3. & 10. Octobris.

Tertius eſt gladius & denus vulnere plectit.

3. & 5. Novembris.

Scorpius eſt quintus, & tertius eſt nece cinctus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

7. & 10. Decembris.

Septimus exſanguis, Viroſus denus ut anguis,

DE NOCTE.

Nox à nocendo Grammaticis dicta putatur. Eſt autem Solaris lucis privatio, & à nobis abſentia, ab umbrâ terræ dependens.

Hanc diei inſtar & in horas temporales diſtribuunt, ac galliciniis etiam in partes tres diſpeſcunt. Antiquitas tamen potiſsimum uſitatiſsimè in quatuor vigilias diviſit: quarum ſingulæ tres horas Planetarias æquarent.

Prima vigilia veſpertino tempore incepit, cum milites primò ad excubias in mœnia ducebantur: eademque continuatione per ternarum horarum auctionem reliquæ progrediebantur, donec ultima cum nocte deſineret.

Hac ratione ſecundæ vigiliæ initium erat hora nona, quâ alii excubitores, prioribus dimiſsis ſuccedebant.

Tertia vigilia incipiebat horâ duodecimâ, & durabat uſque ad horam noctis.

Quarta & ultima vigilia erat tertia noctis uſq; ad matutinam ſextam, ita ſingulis vigiliis tres horæ aſsignabātur.

Mentio harum vigiliarum exſtat in literis ſacris: ut Ma:24: Si Paterfamilias ſciret, quá vigilia fur eſſet vēturus.

Et Lucæ 12: Beati ſunt ſervi illi, quos dominus ſive circa ſecundam ſive tertiam vigiliam venerit, invenerit vigilantes.

Apud Livium atq; Julium Cæſarem de bello Gallico, alioſq; hiſtoricos hujuſmodi exempla paſsim obvia ſunt.

De vigiliis militum.

Noſtro tempore vigiliæ ſeu excubiæ militares ſic plerumq; dividuntur, ut diem & noctem in quatuor

vigilias

vigilias diſtribuant. Primam à Solis ortu ad meridiem: Secundam á meridie ad Solis occaſum: Tertiam ab occaſu Solis uſq; ad mediam noctem: Quartam à media noctis ad ortum Solis. Et ſic plerunq; in expeditionibus bellicis & equites & pedites vigilias obſervare coguntur. Singulæ vigiliæ à Magiſtris excubiarum ſingulis noctibus bis explorantur.

Præterit illa dies, neſcitur origo ſecundi,
An labor, an requies; ſic tranſit gloria mundi.

ANALOGIA DIEI AC NOCTIS
cum partibus anni.

Quælibet dies aut nox refert ſimilitudinem anni.

Principium noctis Veri confertur: medium Æſtati: nox intempeſta Autumno: inclinatio noctis Hyemi.

Veri aut tempori Verno ortus Solaris de die reſpondet, Æſtati meridies, tempus Pomeridianum Autumno, Occaſus Hyemi.

DE HORIS.

In dubio eſt quicquid hora futura feret.

Suprà dictum eſt, diem naturalem continere 24 horas: ergò hora nihil aliud eſt, quàm vigeſima quarta pars diei. dicitur autem ab ὥρα, quod eſt tempus.

Hora eſt certa diei pars: at quia dierum diverſitas magna eſt, non minor horarum cenſeri debet.

Ac proinde quia dies naturalis quorundam, aliorum verò civilis 24 horis conſtat: erit pars 24 diei illius: quæ ipſa Æquinoctialis propterea dicitur, quòd in eâ de æquatore tempora quindecim oriantur.

Dies

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Dies artificialis quorundam, aut aliorum naturalis, duodecim horis conſtare dicitur: aut proinde hora ſit pars duodecima illius: quæ Planetaria dicitur, Temporalis etiam ac inæqualis: quòd ob inæqualitatem dierum artificialium & ipſa mutetur: Creſcentibus diebus creſcat, imminutis contrà diminuatur.

Nec tamen propterea inæquales dicuntur, quòd ejuſdem diei horæ ſibi inæquales ſint, ſed quod diverſorum dierum diverſæ quantitatis horæ exiſtant: ac quòd etiam horas æquales modò ſuperent, modò ab iis excedantur: ſolummodo diebus duobus Æquinoctiorum exceptis. Hi enim quia horarum 12. ſunt æqualium ac totidem etiam temporalium, utræque ſibi æquales cenſentur.

Horæ hæ Planetariæ vocantur, vel quòd ex arcu diurno nocturnove, quem Planetarum princeps Sol deſcribit, pendeant, vel quòd Planetas ſortiantur dominos: aliis tamen diebus alios atque alios, ita quidem ut primam horam ab ortu is ſibi Planeta poſcat, qui diei nomen tribuit, cum deinceps horarum domini eo ſequuntur ordine, quem in cœlo obtinent: ut dominico ☉ diei prima hora Solis eſt: ſecunda ♀: tertia ☿: quarta ☾: quinta ♄, atque ſic deinceps: ut ex utràlibet tabulâ ſubjecta intelligi poteſt.

Z *TABEL-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

TABELLA HORARUM PLAnetariarum prior.

Dies Hebdomadæ.	Horæ diei.											Horæ noctis											
	1 H.	2 H.	3 H.	4 H.	5 H.	6 H.	7 H.	8 H.	9 H.	10 H.	11 H.	12 H.	1 H.	2 H.	3 H.	4 H.	5 H.	6 H.	7 H.	8 H.	9 H.	10 H.	11 H.	12 H.
Domin.	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿
Lunæ.	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃
Martis.	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀
Mercur	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄
Iovis.	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉
Veneris	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽
Sabbat.	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂

TABULA DOMINII AC NOMINIS *horarum Planetariarum poſterior.*

Horæ

HORAE DIEI	1 8	2 9	3 10	4 11	5 12	6	7
HORAE NOCTIS	10 3	11 4	12 5	6	7	1 8	2 9
DIES SOLIS	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂
LUNAE	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿
MARTIS	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃
MERCURII	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀
IOVIS	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄
VENERIS	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉
SATURNI	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽

DE QVANTITATE HORA-rum Planetariarum.

Inæquales has eſſe horas ad Æquinoctiales collatas diximus, diebus Æquinoctiorum exceptis. Ipſam verò inæqualitatem illam ex quantitate earum judicabimus. Quantitatem autem illarum facili negotio inveniemus ex ſequenti tabula, quam pro evitando numerorum labore appoſuimus, ad quamcunque diei artificialis quantitatem, quæ 24 horas non excedit, ſupputatam. Habeas enim in promtu (& quidem ex ſuperiori doctrina) arcum diurnum, ſi hora Planetaria ſit diurna: vel nocturnum, ſi noctis, cum quo intra hanc tabellam in latere ſiniſtro cum horis integris, & in fronte cum minutis, ſi juxta horas minuta extiterint: (ubi notandum, ſi tua minuta non præciſè inveniantur in tabulâ, ſumenda eſſe iſta minuta ad quæ tua quam proximè accedunt) ſin nulla affuerint minuta, ingreſſus fit ſub o, & quod in angulo communi in columnula horarum dierum, ſi horæ fuerunt diei, vel noctis,

 ſi no-

ſi noctis extiterunt, invenitur, quantitatem horæ temporalis ſive inæqualis oſtendit.

Poteſt Lector ex ſequenti tabulâ horæ Planetariæ quantitatem etiam hoc modo inquirere: Ex præcedentibus habeat in promtu ſolummodo quantitatem diei, ad quem Planetariæ horæ quantitatem ſcire deſiderat, horaſque iſtius quantitatis inquirat in exteriori columna verſus ſiniſtram, minuta verò in tranſverſali latere ſuperiori, ſique minuta præciſè non habentur, ſumat ea, quæ ad data proximè accedant, & directé ſub minutis è regione horarum in angulo communi inveniet quantitatem horæ Planetariæ diurnæ ſub titulo diei: Si nocturnæ Planetariæ horæ quantitatem deſiderat, ſimiliter ſumat quantitatem diei, noctis propoſitæ, horaſque ut antea inquirat in latere ſiniſtro, & ſcrupula in tranſverſali latere, & communis angulus ſub titulo noctis dabit quantitatem horæ Planetariæ nocturnæ: Exempli gratia, Scire aveo quantitatem horæ Planetariæ nocturnæ 7 diei Novemb. ſub Elevatione poli 52 grad. Reperio ex præcedentibus arcum diurnum, ſeu quantitatem diei 7 Novemb. eſſe 8 hor. 30 minut. Cum hâc diurnâ quantitate ingredior ſequentem tabulam, & invenio ſub titulo noctis quantitatem unius horæ Planetariæ nocturnæ 1. hor. 18. minut. Sic age cum reliquis Exemplis omnibus.

TABELLA HORARUM INÆQUALium, ſive Planetariarum cujuſcunque horariæ quantitati artificialis diei ac noctis commodè inſerviens.

Horæ

Hor. diei ac noc.	Hor. diei.		Hor noct		Hor. diei.		Hor. noct.		Hor. diei.		Hor. noct.		Hor. diei.		Hor. noct.		Hor. diei.		Hor. noct.	
	M. 0.				M. 21.				M. 24.				M. 36.				M. 48.			
	H.	M.	H.	M.	H.	M.	H.	M.	H.	M.	H.	M.	H.	M.	H.	M.	H.	M.	H.	M.
1	0	5	1	55	0	6	1	54	0	7	1	53	0	8	0	52	0	9	1	51
2	0	10	1	50	0	11	1	49	0	12	1	48	0	13	0	47	0	14	1	46
3	0	15	1	45	0	16	1	44	0	17	1	43	0	18	1	42	0	19	1	41
4	0	20	1	40	0	21	1	39	0	22	1	38	0	23	1	37	0	24	1	36
5	0	25	1	35	0	26	1	34	0	27	1	33	0	28	1	32	0	29	1	31
6	0	30	1	30	0	31	1	29	0	32	1	28	0	33	1	27	0	34	1	26
7	0	35	1	25	0	36	1	24	0	37	1	23	0	38	1	22	0	39	1	21
8	0	40	1	20	0	41	1	19	0	42	1	18	0	43	1	17	0	44	1	16
9	0	45	1	15	0	46	1	14	0	47	1	13	0	48	1	12	0	49	1	11
10	0	50	1	10	0	51	1	9	0	52	1	8	0	53	1	7	0	54	1	6
11	0	55	1	5	0	56	1	4	0	57	1	3	0	58	1	2	0	59	1	1
12	1	0	1	0	1	1	0	59	1	2	0	58	1	3	0	57	1	4	0	56
13	1	5	0	55	1	6	0	54	1	7	0	53	1	8	0	52	1	9	0	51
14	1	10	0	50	1	11	0	49	1	12	0	48	1	13	0	47	1	14	0	46
15	1	15	0	45	1	16	0	44	1	17	0	43	1	18	0	42	1	19	0	41
16	1	20	0	40	1	21	0	39	1	22	0	38	1	23	0	37	1	24	0	36
17	1	25	0	35	1	26	0	34	1	27	0	33	1	28	0	32	1	29	0	31
18	1	30	0	30	1	31	0	29	1	32	0	28	1	33	0	27	1	34	0	26
19	1	35	0	25	1	36	0	24	1	37	0	23	1	38	0	22	1	39	0	21
20	1	40	0	20	1	41	0	19	1	42	0	18	1	43	0	17	1	44	0	16
21	1	45	0	15	1	46	0	14	1	47	0	13	1	48	0	12	1	49	1	11
22	1	50	0	10	1	51	0	9	1	52	0	8	1	53	0	7	1	54	0	6
23	1	55	0	5	1	56	0	4	1	57	0	3	1	58	0	2	1	59	0	1

Sed & abſque tabularum harum miniſterio inveſtigare poteris horas inæquales diurnas, ſi ex tabulis ſuperioribus aut aliunde quantitatem diei artificialis ad datam Poli Elevationem ſumas, & hanc per duodecim horas dividas. Quotus enim dabit magnitudinem horæ Planetariæ ſive inæqualis ad diem tuum. Eodem planè modo invenitur quantitas horæ Planetariæ nocturnæ, ſi noctis quantitatem ſimiliter per duodecim horas dividas: in quotiente enim exibit quæſitum. Unde jam quævis de horis hiſce problemata ſolvi poterunt.

Exemplum.

Sit datus dies 26 Auguſti, iſque Veneris: ejuſque hora quarta p. m. ſub Elevatione poli grad. 55. Quæritur quanta tùm ſit hora Planetaria, quota & ſub cujus Planetæ dominio? Quantitatem diei tabulæ offerunt hor. 13. minut. 22. Eà per 12 diviſâ emergit quantitas horæ Planetariæ hor. 1. min. 7. ferè. Incidit autem ortus Solis eo die in hor. 5. minut. 19. poſt mediam noctem: inde numeratis horis Planetariis ad horam nobis datam, ſcilicet quartam pomeridianam, deprehenditur hæc incidere inter decimæ & undecimæ initium; incidit nimirum principium decimæ in hora 3. minut. 22. poſt meridiem: undecimæ hor. 4. minut. 29. Ac proinde Luna horæ dominium habebit fermé per ſemiſſem horæ Æquinoctialis. Nam adventante horâ undecimâ Planetariâ, videlicet hor. 4. minut. 29. Saturni dominium incipit.

Etſi autem ex præmiſsis facilè computari menſura horæ Planetariæ cujuſcunque, ut & ex præcedenti Calendario, ſumi poſsit, in quo ſingulorum Menſium diebus præci-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

præcipuis quantitas earum eſt aſſcripta; tamen adjicere libuit Tabulam, quæ denuò exhibet earum quantitates, ad illòs dies totius anni ſupputatas, quibus ſenſibiliter horæ Planetariæ creſcunt aut decreſcunt, unà cum iſtorum dierum longitudine, ad Elevationem 50. graduum.

TABVLA QVANTITATIS HOrarum Planetariarum, ad iſtos ſingulorum Menſium Dies, quibus earum menſura per motus Solaris inæqualitatem apparentem, creſcendo vel decreſcendo ſenſibiliter mutatur, numerata: ad Elevationem Poli plus minus 50. grad.

JANV-

IANVARIVS.					FEBRVARIVS					MARTIVS.				
DIES Iuli-ani.	DIES Gregori ani.	Locus Solis Gr Sig	Quant. diei. H. M.	Quant Hor. Planet H. M.	DIES Iuli ani.	DIES Gregori ani.	L cus Solis Gr.Sig	Quãt diei. H. M.	Quãt Horæ Plan. H. M.	DIES Iuli ani.	DIES Cregori ani.	Locus Solis Gr.Sig	Qua diei. H. M.	Quat Horæ Plan. H. M.
1	11	21 ♑	8 0	0 40	4	14	25 ♒	9 46	0 48	2	12	21 ♓	11 24	0 57
6	16	26 ♑	8 11	0 41	7	17	28 ♒	9 56	0 49	6	16	25 ♓	11 40	0 58
11	21	1 ♒	8 24	0 42	9	19	0 ♓	10 4	0 50	9	19	28 ♓	11 52	0 59
15	25	5 ♒	8 35	0 43	12	22	3 ♓	10 16	0 51	12	22	1 ♈	12 4	1 0
19	29	9 ♒	8 47	0 44	14	24	5 ♓	10 24	0 52	14	24	3 ♈	12 12	1 1
	Feb.				16	26	7 ♓	10 35	0 53	17	27	6	12 24	1 2
23	2	13 ♒	9 4	0 45		Mar				21	31	10 ♈	12 40	1 3
26	5	16 ♒	9 13	0 46	19	1	10 ♓	10 46	0 54		Apr.			
29	8	19 ♒	9 24	0 47	23	5	14 ♓	11 2	0 55	23	2	12 ♈	12 48	1 4
					26	8	17 ♓	11 9	0 56	27	6	16 ♈	13 3	1 5
										30	9	19 ♈	13 15	1 6

RESIDUUM TABULAE QUANTIT

IVLIVS.					AVGVSTVS.					SEPTEMBER.				
DIES Iu-li-ani.	DIES Gregori ani.	Locus Solis Gr. Sig	Quant. diei. H. M.	Quant. Horæ Planet. H M.	DIES Iu-li-ani.	DIES Gregori ani.	Locus Solis Gr.Sig	Quantit. diei. H. M.	Quãt. Horæ Plan H. M.	DIES Iu-li-ani	DIES Gregori ani.	Locus Solis Gr.Sig	Quantit. diei H. M.	Quãt Horæ Plan. H. M.
3	13	20 ♋	16 0	1 20	3	13	20 ♌	14 34	1 13	2	12	20 ♍	12 44	1 4
9	19	26 ♋	15 47	1 19	6	16	23 ♌	14 22	1 12	4	14	22 ♍	12 36	1 3
14	24	0 ♌	15 34	1 18	10	20	27 ♌	14 8	1 11	7	17	25 ♍	12 24	1 2
19	29	5 ♌	15 21	1 17	14	24	1 ♍	13 56	1 10	10	20	28 ♍	12 12	1 1
	Aug				18	28	5 ♍	13 42	1 9	13	23	0 ♎	12 0	1 0
23	2	9 ♌	15 10	1 16		31	8 ♍	13 30	1 8	16	26	3 ♎	11 48	0 59
27	6	13 ♌	14 57	1 15	21	Sept				19	29	6 ♎	11 36	0 58
31	10	17 ♌	14 44	1 14	24	3	11 ♍	13 18	1 7		Oct.			
					27	6	14 ♍	13 6	1 6	22	2	9 ♎	11 24	0 57
					30	9	17 ♍	12 54	1 5	25	5	12 ♎	11 12	0 56
										28	8	15 ♎	11 2	0 55

APRILIS.				
DIES Iuliani.	DIES Gregoriani.	Locus Solis Gr Sig	Quant diei. H. M.	Quant Hor. Planet H. M
1	11	21 ♈	13 22	1 7
5	15	25 ♈	13 36	1 8
8	18	28 ♈	13 46	1 9
12	22	1 ♉	14 0	1 10
15	25	4 ♉	14 11	1 11
19	29	8 ♉	14 26	1 12
22	Maij 2	11 ♉	14 36	1 13
25	5	14 ♉	14 46	1 14
29	9	18 ♉	15 0	1 15

MAIVS.				
DIES Iuli ani.	DIES Gregori ani.	Locus Solis Gr.Sig	Quāt diei. H. M.	Quāt Horæ Plan. H. M.
3	13	22 ♉	15 13	1 16
6	16	25 ♉	15 21	1 17
10	20	29 ♉	15 32	1 18
16	26	4 ♊	15 47	1 19
22	Iun 1	10 ♊	16 0	1 20
28	7	16 ♊	16 10	1 21

IVNIVS.				
DIES Iuli ani.	DIES Cregori ani.	Locus Solis Gr.Sig	Quā diei. H. M.	Quāt Horæ Plan. H. M.
1	11	20 ♊	16 14	1 21
12	22	0 ♋	16 20	1 21
27	Iul. 7	♋	16 9	1 21

ITTIS HORARUM PLANETARIARUM.

OCTOBER.				
DIES Iuliani.	DIES Gregori ani.	Locus Solis Gr.Sig	Quant. diei. H. M.	Quant. Horæ Planet. H M.
2	12	19 ♎	10 46	0 54
Tertia, ♊, ♎, ♒, Aërea, calida, humida, orientalia, dulcia, ſanguinea. Dominus de die ♄ de nocte ☿. Particeps ♃.

Quarta, ♋, ♏, ♓, Aquea, frigida, humida, ſeptentrionalia, ſalſa, pituitoſa ſive phlegmatica. Dominus de die, & de nocte ♂. Particeps ☾, & ♀, illa nocte, hæc die.

Unde hi verſus:

Ignea nempe Aries, tenſa ſagitta, Leo.
Terrea, Bos vector, candida virgo, Caper.
Aërea, ut Gemini, Lanx vaga, Fuſor aquæ.
Ultima retrogradus, Trux nepa, piſcis iners.

Aliter.

Ignea triplicitas Aries, fervens Leo, Chiron.
Terra, cum Tauro Virgo, nec non Capricornus.
Aëream faciunt Libra, Urniger, atq; Gemelli.
Scorpius & Piſces retinent, ut Cancer, aquoſam.

Aliter.

Aſtra Leo, Arcitenens, Arieſq; caloribus augent:
Vim terræ Taurus, Virgo, Caperq; refert:
Aëreas præſtant Gemini, Libra, Amphora, vires:
At aqueas Piſces, Scorpio, Cancer habent.

Signa violenta.

♈, ♎, ♏, ♑, ♒.

Sic dicta, quod Planetæ malefici in his aut exaltationem, aut domum habent.

Signorum cœleſtium.

Infauſti fines ſunt omnes denique fines.

Stellæ violentæ.

	o
Caput Algol.	in 21 ♉.
Oculus Tauri.	in 4 ♊.
Hercules	in 18 ♋.
Cor Scorpii	in 4 ♐.

Stellæ regiæ.

	o
Regulus ſeu cor Leonis	in 24 ferè ♌.
Oculus Tauri	in 4 ♊.
Hercules	in 18 ferè ♋.
Spica Virginis	in 18 ♎.
Luminoſior Lanx. merid.	in 9 ♏.
Cor Scorpii ſeu Antares	in 4 ♐.

DE SIGNORVM *Aſpectibus*

In exemplo uſus tabulæ apparebit.


Aries aſpicit ſiniſtro aſpectu ſextili ſignum tertium, hoc eſt ♊: ſignum quartum quadrato, ut ♋: Trigono quintum ut ♌: Dextro verò ſextili undecimum, ut ♒, quadrato ♑, trigono ♐. Oppoſitione demum ♎.

Contra veró, Aries non aſpicit
♉. ♍. ♏. ♓.

Aſpectus ſingulorum ſignorum ad invicem & quæ ſe non reſpiciunt.

		*	□	△	☍	Non Aſpicit			
♈	Dext. Siniſt.	♒ ♊	♑ ♋	♐ ♌	♎	♉	♍	♏	♓
♉	Dext. Siniſt.	♓ ♋	♒ ♌	♑ ♍	♏	♊	♎	♐	♈
♊	Dext. Siniſt.	♈ ♌	♓ ♍	♒ ♎	♐	♋	♏	♑	♉
♋	Dext. Siniſt.	♉ ♍	♈ ♎	♓ ♏	♑	♌	♐	♒	♊
♌	Dext. Siniſt.	♊ ♎	♉ ♏	♈ ♐	♒	♍	♑	♓	♋
♍	Dext. Siniſt.	♋ ♏	♊ ♐	♉ ♑	♓	♎	♒	♈	♌
♎	Dext. Siniſt.	♌ ♐	♋ ♑	♊ ♒	♈	♏	♓	♉	♍
♏	Dext. Siniſt.	♍ ♑	♌ ♒	♋ ♓	♉	♐	♈	♊	♎
♐	Dext. Siniſt.	♎ ♒	♍ ♓	♌ ♈	♊	♑	♉	♋	♏
♑	Dext. Siniſt.	♏ ♓	♎ ♈	♍ ♉	♋	♒	♊	♌	♐
♒	Dext. Siniſt.	♐ ♈	♏ ♓	♎ ♊	♌	♓	♋	♍	♑
♓	Dext. Siniſt.	♑ ♉	♐ ♊	♏ ♋	♍	♈	♌	♎	♒

DE DOMIBVS COELESTIBVS.


Undecima.
Decima.
Nona.
Succedens decimæ, bona fortuna, bonus Dæmon, bonus genius, ſpes, amici, ſocii. Crura inferiora. Conſignificator ☉, & ♒.
An-gulus medii cæli: honores, magiſtratus Genua, poplitem. conſignific. ♂ & ♑. Culmen, Medium cæli, ætatem nati mediam ſigni:
Cadens ab occaſu, Magiſteria, ſomnia, itinera longa, religionem magnam: Podicem, nates. Conſignifica. ♃ ♐.
Epicatapho-ra ſuccedens 7. qualitatem mortis hæreditates, vulvam, veſicam, teſticulos, penem. Conſignificat. ♄ & ♏
Occaſus, cardo occiduus, Angulus occidentis. Actus hoſtes publici, connubia, nuptiæ viſcera pudibunda famur. Conſignific: ☾ & ♎.
Occaſus ultimam vitæ ætatem ſig.
Cadens ab imo cæli, mala fortuna, Patruus animalia parva, ſervi, ancillæ. Significat ægritudines, ventrem, conſignific. ♀ ♍
Succedens imo cæli, bona fortuna. Filii filiæ. Stomachum, latus. Conſignificator, ♀ & ♌.
Angulus mediæ noctis, Genitor, patrimonia, res ſtabiles pectus, cor: ſignificator ☉ & ♋ Imum, mortē vitaq; ipſius exitū quiq; poſt mortem futuri ſunt honores & opprobri
Cadens ab Horoſcopo. Fratres, ſorores, itinera parva, religionem parvam, Signat Brachia, humeros, manus. Conſignificator ♂ & ♊.
Succedens Horoſcopi locus piger. Res mobiles, ſupellex. Collum cervicem notat. Conſignificator ♃ & ♉
Angulus orientis, Horoſcopus vita, corpus, ſpiritus, caput faciem, Conſignificator ♄ & ♈. Prima primam ætatē nati indic.
Cadens à M. C. malus genius, Cacodæmon. Inimici occulti, carceres, armenta, amita, pedes. Conſignificator ♀ & ♓
Figura oſtendens, nomina, ordinem, numerum, ſignificationem picturamque duodecim domorum cœli.
Duodecima.
Prima.
Secunda.
Tertia.
Quarta.
Quinta.

DE QVINQVE MODIS COMMVnioribus erigendi figuram cœli.

Regiomontanus vel potiùs Abraham Avenezræ (quem modum rationalem nominant) per interſectionem horizontis & meridiani, ducit circulos per tricenos gradus Æquatoris, uſque ad oppoſitum punctum Horizontis & meridiani, & ſic fiunt domus inæquales reſpectu Zodiaci, & plures aliquando gradus, quàm triginta, aliquando pauciores habent domus.

Schonerus eodem modo incipit, & finit domos in puncto horizontis & meridiani, & dividit Zodiacum in 12 partes, ſingulis partibus attribuit 30 gradus, ita ut omnes partes vel domus in Zodiaco ſint æquales, igitur modus æqualis dicitur, & hi duo modi ſunt maximè uſitati.

Campanus exploſus à Regiomontano, quem & Gazulus ſequitur, etiam ſumit initium à puncto ubi interſecant ſe Horizon & meridianus, & finit ubi alii; ſed fingit circulum magnum verticalem ab ortu in occaſum, ubi æquator interſecat horizontem, & dividit illum æqualiter in 30 partes, in ſingulas domos, quemadmodum Regiomontanus Æquatorem, & Schonerus Zodiacum divídit, ita fit æquator & Zodiacus inæqualis, in his tribus modis, Horizon, Cuſpis 1, & 7 domus idem eſt.

Alcabitius, Johannes de Saxonia, & veteres Aſtronomi ſumunt initium & finem à polis mundi, & dividunt Zodiacum æqualiter ſingulis domibus 30 gradus attribuentes, ita ut aliquæ partes domorum ſint ſub terra, & aliquæ iterum ſupra, cum cæteri dividant illam, quæ eſt ſupra Horizontem in 6 domos, & ſimiliter illam quæ eſt infra, in 6 domos.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Lucas Gauricus ex Porphyrio hanc rationem ſupputandi duodecim cœleſtia templa probat: intercapedinem medietatis cœli graduum & minutorum Zodiaci, uſque ad partes & minuta horoſcopi incluſivè in tres æquas partes dividit, & quicquid proſilit in quotiente, addit gradibus & ſcrupulis medii cœli & habet domum undecimam, & ſic pro duodecima ſimiliter.

Eôdem modò partes Zodiaci ab Horoſcopo ad imum cœli requirit, illamque congeriem in 3 æquas partes dividit ſicut ante, & in domiciliis oppoſitis oppoſita ſigna ſcribit, ut fieri ſolet.

Pontanum etiam inæqualem domorum diuiſionem in Horizonte obſervaſſe ſatis conſtat ex capitulo, de 4 cœli quadraturis, ubi dicit: Ac tametſi ab ortu ad occaſum centum atq; octoginta partes ſemper interjacent, non tamen 90 ſemper partes inter occaſum & culmen, ac rurſum inter culmen & aſcendentem æquis portionibus interlabuntur, quod idem in hemiſphærio inferiori ab occaſu ad imum cœli, ab imo ad ortum uſu venit, & contingere ait hanc inæqualitatem, propter obliquitatem Sphæræ.

DE DOMIBVS COELESTIBVS.

Domus cæleſtis nihil aliud eſt quàm una pars cœli. Nam cœlum dividitur in 12 partes; Superius Hemisphærium in 6 partes, inferius etiam in totidem, non tamen ſic, ut quælibet pars contineat æquè multos gradus. Vel domus cœli eſt duodecima pars firmamenti ex inæqualibus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

libus gradibus conſtituta: Cùm enim ſigna ſeptentrionalia oriuntur, domus majores ſunt, & plures gradus comprehendunt, quàm cùm meridionalia ortum petunt.

Etſi dividitur cœlum in 12 domos, tamen hujus diviſionis multæ ac variæ ſunt artificum opiniones & ſententiæ, ut recitatæ ſunt. Et ex his domiciliis cœli ſumuntur conſiderationes rei, de qua eſt aliquid pronunciandum: In eo tamen omnes conſentiunt, etſi diverſis utantur viis, quòd idem ſignum ponunt in prima domo quemadmodum eiam in 10, 7, & 4. qui diſſentiunt, ponunt cor cœli, quod idem eſt, quod medium cœli.

Hoc noſtro verò tempore omnes Aſtrologi approbant modum Regiomontani, qui ab Abrahamo Avenezræ inventus dicitur: Hic dividit cœlum, ut ſupra etiam dictum eſt, in omni Horizonte, in 12 partes æquales, quâ quidem diviſione Æquatorem in 12 partes æquales paritur, Zodiacum autem in inæquales partes circulis ductis à communibus ſectionibus Meridiani atque Horizontis, uſq; ad oppoſitum punctum Horizontis, & Meridiani.

DOMORVM SIGNIFIcationes.

Singulæ domus propriam habent vim, de quibus pauca.

Sequentes verſiculi ſigularum domorum propietates comprehendunt.

1 2 3 4 5 6
Vita, lucrum, fratres, genitor, nati, valetudo,

7 8 9 10 11 12.
Conjunx, mors, pietas, laus, fidus amicus, & hoſtis.

Item

Item hiſce:

Vita, lucrum, fratres, genitor, nati, valetudo,
Uxor, mors, iter, & regnum, benefactaq́, carcer.

Gauricus ita deſcribit.

1. *Prima domus vitæ verſat præſagia noſtræ,*
2. *Altera divitias, & bona parta notat,*
3. *Tertia dat fratres, iter & breve, relligionem,*
4. *Quarta domus, ſtabiles res, ſimul atq; patrem.*
5. *Quinta dabit natos, convivia, dona, jocosq;,*
6. *Sexta pecus, ſervos, ægraq́, membra viris,*
7. *Septima dat rixas, hoſtes, connubia, mortem,*
8. *Octava hæredes denotat atque necem.*
9. *Relligionis opes & itinera longa, ſopores,*
10. *Ad cœli culmen regna, trophæa, decus,*
11. *Spemq́ bonus genius præbet, fidosq́ ſodales,*
12. *Ultima carceribus, hoſtibus atq; datur.*

Poſtremi verſus ſunt paululum mutati. Ego ſic proprietates domorum delineavi.

1. *Prima domus vitam ſignat, corpusq́; figurat.*
2. *Altera dat lucrum, victum, cenſusq́; miniſtrat.*
3. *Tertia ſignat iter, fratrem ſortemq́; ſororum.*
4. *Quarta notat patrem, & patrimonia & abdita re-*
5. *Quinta feret natos, convivia, munera, ludos. (rum.*
6. *Sexta dat ærumnas, morbos, famulosq́; pecusq́;.*

Septima

7. *Septima conjugium ac hoſtes, mors ſtratáq; rapinas.*
8. *Octava eſt letho funeſta, & dira veneno.*
9. *Nonā habitat pietas, & ſomnia cuncta revelat.*
10. *In decima ſceptrū, & clari dominantur honores.*
11. *Vndecima eventu eſt felix, & donat amicos.*
12. *At poſtrema domus horrendum eſt carceris antrum.*

Adjeci ex libro vetuſto hanc deſcriptionem.

Angulus	1 *ſignificat vitam, ſtaturam, colores, quærentem,*
Succedens	2 *ſignificat ſubſtantiam mobilem & immobilem, emptiones.*
Cadens	3 *ſignificat fratres, ſorores, cognatos, brevem vitam.*
Angulus	4 *ſign. parentes, agros, vineas, finem.*
Succedens	5 *ſig. filios, gaudia, veſtes, convivia.*
Cadens	6 *ſig. infirmitates, familiaritates, beſtias.*
Angulus	7 *ſig. uxorem, adverſarium, furem, ſociū.*
Succedens	8 *ſig. mortem, pavorem, hæreditates.*
Cadens	9 *ſig. peregrinationem, ſcientiam, Religionem, Eccleſiam.*
Angulus	10 *ſig. Reges, judicia, honores & laudem.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Succedens 11 *ſig. favorem, fiduciam, fortunam.*

Cadens 12 *ſignificat Equos, carceres, triſtitias.*

Punctum horizontis orientalis eſt initiũ primæ domus.
Punctum dimidiæ noctis initium quartæ domus.
Punctum occidentis initium ſeptimæ domus.
Punctum meridiei initium decimæ.

Cautelæ I.

In domibus non ſolum ſignum, quod emergit, ſed etjam quod intercipitur, & horum domini ſunt obſervandi.

II.

Animadvertendum eſt in omnibus domibus cœli, quòd quinque gradus præcedentes Cuſpidem ſint annumerandi ſequenti domui: ut poſteriores quinque gradus duodecimæ adduntur primæ domui, & ſic deinceps.

III.

Tertiò illud quoque animadvertendum eſt, nonam cum tertia, ſextam cum duodecima, quintam cum undecima ſic ſemper convenire, ut quæcunque uno in loco Planeta decernit, licet minùs id in oppoſito etiam poſitus polliceatur.

PRÆCIPVÆ DOMORVM diviſiones.

Duodecim ſunt domus ut antea dictum eſt, inter has nonnullæ Anguli dicuntur, Succedentes, & Cadentes.

In angulis omnia ſunt fortunata & fortia.

Succedentes ſunt in omnibus mediocres.

Cadentes

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Cadentes auferunt, debilitant, pauperant.

Cùm fuerint Planetæ in Succedentibus dicuntur proficere, in Cadentibus deficere.

Anguli ſunt 1. 10. 7. 4. Et unus vincit alium, ut poſiti ſunt ſecundum ordinem, quanquàm Ptolomæus decimam ponit pro prima, propterea quòd eſt Zenith capitis noſtri.

Succedentes ſunt	11.	5.	2.	8.
Cadentes ſunt	9.	3.	6.	12.
Bonæ ſunt	5.	9.	2.	
Malæ ſunt.	6.	8.	12.	
Annos oſtendunt	1.	10.	7.	4.
Menſes	11.	5.	2.	8.
Dies	3.	6.	9.	12.

Dignitates domorum ſucceſſione quadam ita ſe habent.

1. 10. 11. 7. 4. 5. 2. 9. 3. 8. 6. 12.

Id eſt: Prima domus præfertur decimæ: 10 domus præfertur undecimæ, in eligendo domino genituræ.

Quarta orientalis 12. 11. & 10. Dicitur & maſculina, adveniens, puerilis, ſanguinea, verticalis.

Quarta meridionalis 9. 8. 7. Dicitur fœminina, recedens, æſtivalis, Cholerica, juvenilis.

Quarta occidentalis 6. 5. 4. Dicitur maſculina, adveniens, autumnalis, Melancholica, ſenilis.

Quarta ſeptentrionalis 3. 2. 1. Dicitur fœminina, recedens, phlegmatica, hyemalis.

Pars cœli & domorum orientalis eſt 10. 11. 12. ſupra terram: 1. 2. 3. ſub terra.

Pars cœli & domorum occidentalis eſt 9. 8. 7. ſupra terram: 4. 5. 6. ſub terra.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Domus à medio cœli uſque ad 4, vocatur medietas aſcendens. Altera à quarta uſque ad 10, vocatur medietas deſcendens.

Quæ domus ſunt ſupra horizontem dicuntur dextræ: quæ verò infra horizontem, ſiniſtræ.

Colores quoq; domorum ab Aſtrologis afferuntur: & quidem,

Colores ſunt albi	1 & 7.
Virides	2 & 12.
Crocei	3 & 11.
Rubei	4 & 10.
Melliti	5 & 9.
Nigri	6 & 8.

Ætates domorum cœli ex Manilio.

Puerilis	12. 11. 10.
Juventutis	9. 8. 7.
Senectæ	6. 5. 4.
Decrepitæ	3. 2. 1.

Loca domorum ſignificantia tempora divitiarum ſecundum Bonatum.

1 & 2. Adoleſcentiæ ad annum 22.
10 & 11. Virilitatis uſque ad 41.
7 & 8. Senectutis incipientis 56.
4 & 5. à medio ſenectutis uſque ad finem.

Volunt nonnulli, quod domus cœli impares maſculeſcant; Pares fœmineſcant. Quia numerus Par eſt muli-

mulier, impar mas :

Secundum horum opinionem Maſculinæ domus ſunt: 1. 3. 5. 7. 9. 11.

Fœmininæ 2. 4. 6. 8. 10. 12.

Sed tamen alii aliter ſentiunt, nimirum qui domos cœleſtes in quartas dividunt, ut in præcedentibus dictum eſt, & ex ſubjectà domorum enumeratione conſtat.

Domus oppoſitæ ſunt:

1	☍	7	
2	☍	8	
3	☍	9	1. 2. 3. 4. 5. 6.
4	☍	10 aut ſic:	
5	☍	11	7. 8. 9. 10. 11. 12.
6	☍	12	

Pars cœli ſupra terram 7. 8. 9. 10. 11. 12.
Pars cœli ſub terra 1. 2. 3. 4. 5. 6.

Domus cœli quæ accedunt ad Horoſcopum ſunt;
7. 8. 9. 10. 11. 12.
Domus cœli quæ decedunt ab Horoſcopo:
2. 3. 4. 5. 6.

PARTICVLARIS SINGVLARVM *domorum enumeratio & proprietas.*

De prima domo, quæ vita vocatur.

Prima domus Orientis angulus & horoſcopus eſt: *Appellationes*
ſignificat vitam corpuſque nati, & interrogantis & o- *Significationes.*

 mnium

mnium rerum electionem, vitæ & nativitatis principium, nutritionem, valetudinem, conſtitutionem corporis, virtutem ac debilitatem nati, in ſanitate & ægritudine complexionem & mores animi, propriam induſtriam & ſtaturam, primam ætatem indicat.

Qualitates. Eſt Septentrionalis, Phlegmatica, ſenilis, fœminina, hyemalis, Alba.

Quibus partibus corporis præſit. Præeſt capiti & faciei & ejus partibus, ut oculis, auribus, habet 5. dignitates.

Dignitates. Domini triplici. Primus triplicitatis Dominus vitam & naturam nati, ſeu interrogantis ſignificat, ac ex eo item quid diligat, in vitæ ſuæ exordio cognoſcitur.

Ex ſecundo de corpore, vita, fortitudine ac vtiæ mediatæ judicium facimus.

Tertius eaſdem cum primo ſignificationes habet, finemque vitæ regit.

Conſignificatores. Gaudium ☿. Conſignificator ♄ & ♈.

Aſpectus. Aſpicit 3. 4. 5. domum ſiniſtrè ✶ □ △. Septimam domum ☍: 9, 10, 11, dextrè ✶ □ △: 2, 6, 8 & 12 domum plerunque non aſpicit.

Ptolomæus ubi de prorogatoriis locis agit, dicit, primam domum aſpicere 11, ✶. 10, □. & 9. △.

Hic aſpectus domorum eſt in Æquatore, non in Zodiaco. Obſervandum igitur eſt hoc in aſpectibus domorum.

Et prima domus fortior eſt reliquis, quanquam Ptolomæus præfert decimam primæ.

De ſecunda domo, quæ ſpes vocatur.

Appellationes. Secunda eſt ſubſtantiæ, divitiarum & miniſtrorum domus, atque ideo ſpei nomen eſt ei inditum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Significat lucrum, victum nati, cenſus, ſuppellectilem, auxiliatores, miniſtros & emptiones, ſuccedens horoſcopi, locus piger, & eſt Septentrionalis, phlegmatica, fæminina, ſenilis, hyemalis, viridis. Præeſt collo & cervici, debilitates habet duas. Fortior autem qui fuerit ex primo & ſecundo domino triplicitatis, is ſubſtantiæ auctor eſt.

Significationes. *Qualitates.* *Quibus corporis partibus præſit.* *Domini triplicit.*

Primus tamen in vitæ principio:
Secundus in media ætate:
Tertius in fine eam affert.

Conſignificator ♃ & ♉. *Conſignificatores.*

Non aſpicitur à prima: ſed aſpicit 4. ✱. 5. □. 6. △. ſiniſtrè. Aſpicit 12. ✱. 11. □. 10. △. dextrè. Octavam domum aſpicit ☍, primam 7. 9. & 3. non aſpicit. *Aſpectus.*

De tertia domo, quæ Dea vel fratres appellatur.

Appellationes.

Tertia domus de fratribus, ſororibus, amicitiis, fide & religione, mutationibus, itineribus, minoribus ac conſobrinis, nobis cuncta refert, hoſpitalitatem, rumores novos. *Significationes.*

Eſt ſeptentrionalis, phlegmatica, cadens ab horoſcopo, fœminina, crocea. *Qualitates.*

Primus Dominus triplicitatis fratres majores oſtēdit:
Secundus de mediocribus fratribus docet:
Tertius cuncta de minoribus profert.

Domini triplicit:

Gaudium ☾. Conſignificator ♂ & ♊. *Conſignificatores.*

Aſpicit 5, ✱. 6, □. 7, △. ſiniſtrè: Nonam verò oppoſitione. 1, ✱. 12, □. 11, △. dextrè aſpicit. Cùm 4. 8. 10. & 2. non habet aſpectus. *Aſpectus.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Dignitates, Partes corporis.

Fortitudinem habet unam: Habet humeros, brachia, manus.

De quarta domo, Parentes dicta, quæ & fovea dicitur Planetarum, & imum cœli.

Appellationes.

Significationes.

Ex quarta domo de patribus, ædificiis terris, hæreditatibus antiquis, non tamen hæreditatibus mortuorum, omnibuſque immobilibus, ut de caſtris & ſimilibus, ac de abſconditis theſauris, & omnibus ſepultis ac fine rerum, certum utcunque judicium elicimus. Denotat etiam agriculturam, fodinas, metalla, res occultas, & portendit, an nato poſt obitum honores aut opprobria evenient. Significat vitæ exitum.

Qualitates. Dignitates.

Eſt occidentalis, melancholica, angulus mediæ noctis, maſculina, rubea: habet dignitates 4.

Domini triplicit: Conſignificatores.

Ex primo triplicitatis Domino de patribus judicium profertur: ex ſecundo de caſtris & civitatibus cunctas cognoſcimus: ex tertio fines rerum judicamus. Conſignificator ☼ & ♎.

Aſpectus. Partes corporis.

Aſpicit 6, ✶, 7 □. 8, △, ſiniſtrê, 10, ☍. 2, ✶. 1, □. 12, △. dextre aſpicit: 5, 9, 11, & 3, non aſpicit. Habet pectus, pulmonem, ſplenem.

De quinta domo, quæ dicitur filii & bona fortuna.

Appellationes.

Significationes.

Quinta liberis, dilectionibus, legatis & donationibus præeſt, bona fortuna cognominatur, diſcernitque gaudia, res Venereas, voluptatum illecebras, lauta convivia, munera & donationes, veſtimenta, ludos.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Eſt occidentalis, melancholica, ſuccedens imo cœli, maſculina, mellita. *Qualitates.*

Primus triplicitatis dominus vitam & filios ſignificat: Secundus delectationem: Tertius legatos. Gaudium Veneris. Conſignificator ♀ & ♌. *Domini triplicit: Conſignificatores.*

Aſpicit 7, ⚹. 8, □. 9, △. ſiniſtrè, undecimam oppoſitione. 3, ⚹. 7, □. 1, △. dextrè aſpicit. Nullos habet aſpectus cum 6. 10. 12. & 4. *Aſpectus.*

Habet fortitudines tres: Habet ſtomachum, hepar, cor, nervos, latera, dorſum. *Dignitates. Partes corporis.*

De ſexta domo, quæ valetudo & mala fortuna vocatur.

Appellationes.

Sexta domus infirmitates, ſervos & ancillas ſignificat, animalia parva & domeſtica, vicia corporis, familiaritates, & ex eo item quicquid ante ſenectutem venturum eſt, elicitur, mutationes etiam de loco in locum denotat. *Significationes.*

Eſt occidentalis, melancholica, cadens ab imò cœli, maſculina, autumnalis, nigra. *Qualitates.*

A primo autem triplicitatis domino, infirmitates, languores, ac triſticiæ ex infirmitatib. provenientes cognoſcuntur: à ſecundo ſervi: à tertio utilitates ex ſervis pendentes prædicuntur, ex eo item de animalibus, eorumque multitudine cuncta dicuntur. Gaudium ♂. Conſignificator ☿ & ♍. *Domini tripici. Conſignificatores.*

Aſpicit 8, ⚹. 9, □. 10, △. ſiniſtrè. Quartam ⚹. 3, □. 2, △. dextrè. 7. 11. 1. & 5. non aſpicit. *Aſpectus.*

Habet inferiorem ventrem cum inteſtinis, colon uſque ad podicem. *Partes corporis.*

Habet debilitates 3. *Debilitates,*

Appellationes.

De ſeptima domo, quæ vocatur vxor.

Significationes.

Septima nuptiarum, mulierum, contentionum, bellorum, apertorum inimicorum, latronum, exulum & medietatis finis vitæ domus eſt. Eſt quoque vendendi, emendi & fugitivorum domus, denotat furta, rapinas & omnis generis ſcelera.

Septimam domum ſignificare nuptias, mulieres, contentiones & ſimilia, quæ ſuprà enarrata ſunt, omnes Aſtrologi ferè affirmant.

Cardanus ſignificare mortem dicit, & Pontanum etjam in hac ſententia fuiſſe conſtat, quia opponitur primæ, quæ ſignificat vitam, ut & hoſtes & inimicos & uxores, quæ omnia nato opponuntur.

Ego tamen illis aſſentior, qui octavam domum morti aſſcribunt: quanquam non nego, ſi ♄ aut ♂ ſit in ſeptima. aut oppoſiti invicem ex 1. & 7. deſignare malam mortem: ita ut in ferendo judicio de morte etiam hæc domus in primis conſideranda ſit.

Gauricus dicit:

Septima quandoquidem domus eſt contraria primæ,
Prima domus vitæ, ſeptima mortis erit.

Qualitates. Eſt Meridionalis, Cholerica, Angulus occidentis, fœminina, alba.

Partes corporis. Præeſt fœmoribus, renibus & lumbis: habet umbilicum uſque ad clunes.

Domini triplicitatis. Primus triplicitatis dominus de mulieribus judicat. Secundus de contentionibus. Tertius autem de con-

ventio-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

ventionibus & participationibus judicium profert.

Conſignificator ☾ & ♎. *Conſignificatores*

Aſpicit 9, ✱. 10. □. 11, △. ſiniſtrè. 1, ☍. 5, ✱. 4, □. 3, △. dextrè. Non aſpicit octavam 12. 2. & 6. *Aſpectus.*

Habet fortitudines quatuor. *Fortitudines.*

Surgit ab occaſu mors importuna maligno,
Qua tenebræ, qua nox nigrantibus advolat alis.

De octava domo, quæ mors vocatur.

Appellationes.

Octava domus mortem, laborem, triſticiam, mortuorum hæreditatem & finem vitæ nobis præſagit, venena lethalia, incantationes, pavores notat. *Significationes.*

Eſt meridionalis, cholerica, ſuccedens ſeptimæ, fœminina, nigra. *Qualitates.*

Præeſt vulvæ, veſicæ, teſticulis, peni. Hinc ſtranguriam, calculum, hæmorrhoidas, tenaſmum notat. *Partes corporis.*

Primus dominus triplicitatis octavæ domus mortem regit & moderatur: Secundus præcepta aut res aliquas docet: Tertius hæreditates mortuorum oſtendit. *Domini triplicitatis.*

Conſignificator ♄, & ♏. *Conſignificatores.*

Aſpicit 10, ✱. 11, □. 12, △. ſiniſtrè, oppoſitione verò 2, 6, ✱. 5, □. 4, △. dextrê. Non aſpicit nonam 1. 3. & 7. *Aſpectus.*

Habet debilitates quatuor. *Debilitates.*

De nona domo, cujus nomen eſt religio & DEVS.

Appellationes.

In nona domo, religio, fides, viſio, deitas cultura, rumores, ſomnia; ſectæ, ſapientia & divinatio, ſcientiæ, legati, futurorum narratio, dimidium vitæ & longa itinera prænoſcuntur. *Significationes.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Qualitates. Eſt Meridionalis, cholerica, cadens ab occaſu, fœminina, mellita.

Partes corporis. Præeſt podici & natibus, coxis.

Domini triplicitat. Primus triplicitatis dominus peregrinationes, & ea, quæ in ipſis accidunt, docet: Secundus fidei & Religionis, & ejus accidentium rector eſt: Tertius ſomniorum interpres, & ſapientiæ gubernator.

Conſignificatores Gaudium Sol. Conſignificator ♃, & ♐.

Aſpectus. Aſpicit 11, ✱. 10, □. 1, △. ſiniſtrè: oppoſitione 3. Septimam ✱ 6, □. 5, △. dextrè. non aſpicit decimã 2. 4. & 8.

Dignitates. Habet fortitudines 2.

De decima domo, quod medium cœli, culmen vel cor cœli eſt.

Appellationes.

Significationes. Decima regia domus eſt, ex hac enim de imperiis, dignitatibus, officiis, artibus exercendis, matribus & ſubſtantia furtim ſublata cuncta cognoſcimus, ſignificatque dimidium annorum vitæ, ex hac etiam tractandorum ſtudiorum ac artium genus diſcimus.

Qualitates. Eſt orientalis, ſanguinea, angulus medii cœli, maſculina, rubea. *Partes corporis.* Præeſt genibus & popliti.

Domini triplicitatis. Primus triplicitatis dominus operum & exaltationis eſt moderator: Secundus imperii vocem & audaciam tribuit: Tertius in dignitatibus ſtabilitatem & permanentiam ſignificat. *Conſignificatores.* Conſignificator ♂ & ♄.

Aſpectus. Aſpicit 12, ✱. 1, □. 2, △. ſiniſtrè: oppoſitione 4 & 8, ✱. 7, □. 6, △. dextrè. Non aſpicit 11. 3. 5. & 9. domum.

Dignitates. Habet fortitudines 5.

De vndecima domo, quæ bonus Dæmon dicitur.

Appellationes.

Vnde-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Significationes.

Undecima ſpei, fortunæ, fiduciæ, laudis, amicorum, peditum regiæ, qui proximè ad regem accedent, ut conſiliariorum domus eſt, ab ea etiam de laudibus judicium capitur.

Qualitates.

Eſt orientalis, ſanguinea, ſuccedens decimæ, bonæ fortunæ, maſculina, crocea.

Partes corporis.

Præeſt cruribus inferioribus uſque ad talos.

Domini triplicitatis.

Primus triplicitatis dominus fiduciæ promiſſor eſt: Secundus laborum: Tertius autem utilitatum ex laborib. provenientium fundamentum exiſtit.

Conſignificatores.

Gaudium ♃. Conſignificator ☉ & ♒.

Aſpectus.

Aſpicit 1, ✶. 2, □. 3, △. ſiniſtrè, oppoſitione 5 & 9, ✶. 8, □. 7, △. dextrè. Non aſpicit 12. 4. 6. & 10.

Dignitates.

Habet fortitudines tres.

Appellationes.

De duodecima domo, qui malus Dæmon.

Significationes.

De inimicis occultis, deceptoribus invidis, mœroribus, carceribus, malis cogitationibus, ſuſurrationibus, majoribuſque animalibus, ac de his omnibus, ſive bonis, ſive malis, quæ in partu mulieribus accidunt, verum definitumq; dat judicium.

Eſt domus ærumnarum, laborum, paupertatis, injuriæ, malitiæ, impoſtorum, meretricum & animalium ferocium, ut equorum & Sylveſtrium ferarum.

Qualitates.

Eſt orientalis, ſanguinea, cadens a medio cœli, maſculina, viridis.

Domini triplicit.

Primus triplicitatis dominus duodecimæ occultorum inimicorum dominus eſt.

Secundus laborum;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Tertius verò animalium princeps eſt, ac gubernator exiſtit.

Conſignificatores. Gaudium ♄. Conſignificator ♀, & ☿.

Aſpectus. Aſpicit 2, ✶. 3, □. 4, △. ſiniſtrè: oppoſitione. 6, 10, ✶. 9, □. 8, △. dextrè. Non aſpicit 1. 5. 7. 11. & talos, pedes

Partes corporis. *Debilitates.* cum podagra habet, & debilitates 5.

PAVLI ALEXANDRINI
Expoſitio duodecim domiciliorum cœli & Planetarum in iis exiſtentium.

I.

Duodecim locorum aut domiciliorum, quæ ad omnem eventuum prædictionem aſſumuntur, principium & fundamentum eſt pars aſcendens, per quam, quæ ad hominem pertinent, deprehenduntur univerſa. Vitam enim & ſpiritum donat pars illa, undè clavus aut gubernaculum appellatur. Significat juventutem, quæ eſt ætas prima: & in hac bonorum aut malorum efficientiam pollicetur.

Gaudet in hoc loco Mercurius præ omnibus aliis ſtellis.

Quando verò alterutra beneficarum, aut luminare alterutrum aut ſtella Mercurii, partem aſcendentem occupaverit, etiam ſine beneficarum configuratione: Vitale & vegetum erit, quod natum eſt, & in felicitate vitam tranſiget.

Sin malefica ſtella in aſcendente fuerit, & Solem & ☾ aſpexerit: quæ genita ſunt, non nutrientur, aut brevi certè tempore vivent, aut membris corporis læſa morbiſvè afflicta erunt, aut in orbitate vitam degent.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

II.

Secundum ab aſcendente domicilium vocatur vita & Plutonis porta, & ſuccedens Horoſcopo. Interdum & actiones vitæ denotat, propterea quod è ſiniſtro trigono cum medio cœli concordat.

In hoc ſigno beneficæ ſtellæ repertæ hæredes ſignificant extraneorum bonorum. Nam hic locus ſpes bonas pollicetur. At malificæ in hoc conſtitutæ jacturam nunciant rei familiaris, & pecuniarum effuſiones, & omninò egenos: interdum & exules faciunt.

III.

Tertium ab aſcendente bona fortunaſq; comparat & de fratribus ſignificationem facit. Vocatur Dea locus ☾, & fortunatum cadens. Sortitum eſt ea, quæ ad amicitiam aut patrocinium ſpectant. Interdum & cauſa fit peregrinationis, quoniam opponitur ſigno Deorum, quod prædictiones continet de peregrinatione.

In hoc ſigno Sola ☾ præ cæteris Planetis gaudet. Si beneficæ ſtellæ, quæ ejuſdem conditionis ſint, ſedem ibi contineant: Incrementum rei familiaris & facultatum poſſeſsionem indicant: & fratrum amicorumque conjunctionem magis fructuoſam & conſentientem reddunt. Conciliant etiam multos amicos, efficiunt homines nomine illuſtres, dant fratres multos, & beneficia vel dona ab amicis aut fratribus ſuppeditant. Sed maleficæ ſtellæ in hoc loco conſtitutæ, horum contraria efficiunt.

Quar-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

IV.

Quartum ab aſcendente vocatur ſubterraneum, & oppoſitum medio cœli. Eſtque cardo Boreus, ſignificans ſenectutem & vitæ finem, corporiſque ad ſepulturam apparatum, & quæ mortem ſequuntur univerſa. Prædictiones ex hoc loco ſumuntur de jis, quæ in terra ſunt & de fundamentis ædificiiſque, de parentibus ac patria, de domo & permanſione, omnique habitatione domeſtica. Interdum verò & navigiorum, & aquarum aut locorum, quæ aquis adjacent, poſſeſſores ſignificat; & indicia dat de rerum communione.

In hoc loco Saturnus, ſi ejuſdem conditionis ſit divites deſignat, & qui à media ætate incipiunt bona poſſidere: interdum & inſperata lucra donat. Noctu verò, ea, quæ ad patrem pertinent, minuit, atque cauſa huic exiſtit moræ extra patriam & orbitatis. Significat etiam ægrotationes in ætate juvenili, & deſpectionem vel ignominiam parit.

Martis ſtella, interdiu quidem in hoc loco conſtituta, morbis obnoxios & ruinis ex alto efficit. Noctu verò, leviores malorum incurſiones aut afflictiones affert; Interdum & natum in militiam extrudit.

Cæterum de nuptiis & liberis ſignificationes infelices & calamitoſas reddit. Et in ſumma tales efficit, qui à mulieribus frequentius injuria afficiantur, & apud has in nulla ſint gratia.

V.

Quintum

Quintum ab aſcendente vocatur bona fortuna, eſtque locus Veneris, in quo conſtitutum ejus ſidus præ cæteris gaudet. Succedit ſubterraneo cardini, & de liberis ſignificationes facit. In hoc enim ſigno beneficæ ſtellæ gaudent, & felicitatem dant liberorum; maleficæ verò hic conſtitutæ, liberos interficiunt.

VI.

Sextum ab aſcendente vocatur mala fortuna, & pœna, & præoccidens, & cadens infortunatum: locus Marti attributus.

Denotat vitia & debilitates corporis. In hoc ſigno ſtella Martis præ cæteris gaudet. Cæteræ ſtellæ in hunc locum delatæ, infirmas & imbecilles vires habere deprehenduntur, ad ſignificata propria perficienda: quando beneficarum nulla in medio cœli, aut in eo, quod aſcendenti ſuccedit, configurata fuerit. Quæ verò ſtella hoc in loco actionis vel magiſterii autor eſt, ea efficax fit, ubi radios partiliter ſparſerit in medium cœli: quoniam concordat hic locus cum medii cœli cardine & dexter illi eſt, ſecundum trianguli intervallum. Significat etiam hic locus res eas, quæ ad miniſterium fœmineum, nempe perſonarum ſervilium & quadrupedum fœminarum pertinent. Et inimicitias affert, quæ propter fœminas ſuſcipiuntur, inſidiasque & ſeditiones.

Sol in hoc loco repertus, naſci aliquem facit patre paupere aut inglorio aut ignobili, aut qui de conditione ſua dejectus ſit: interdum à patre orbum ſignificat.

Luna verò hunc locum ſortita, matre faciet naſci ſerva, aut mendica, aut paupere aut ingloria, aut quæ conditionis ſit infimæ; interdum & matre orbabit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

In hoc loco, qui eſt ſextus ab horoſcopo ♂ in noctur-
na genitura gaudet, & in militiam, aut ad gloriam bellicam
vocat: Si in fœminino ſigno repertus fuerit, & in angulo
☉, , vel ♃ aſpexerit, aut cum ſtella ♀ junctus, aut ſecun-
dum triangulum configuratus fuerit.

VII.

Septimum ab aſcendente, ſignificat nuptiarum pro-
curatorem, & longinquas peregrinationes, ac mortis ge-
nus. Vocatur oppoſitum aſcendentis. Eſt & cardo oc-
cidentis, ſenilem ætatem denotans.

In hoc loco interdiu quidem ♄ gaudet, ſi in proprio
ſit ſigno, aut triangulo, aut exaltatione.

Faciet enim homines longæ vitæ, ſublimis fortunæ,
quorum memoria longo relinquitur, locupletes. Non
autem expertes affectionum in locis corporis occultis:
Sed interdum ani morbis affligit, interdum hæmorrhoi-
cos aut ſanguinis fluxu laborantes efficit, interdum dyſ-
entericis malis aut aliis ventris morbis involuit. Atque
has malorum impreſsiones magis augebit, ſi in peregrinis
ſignis fuerit conſtitutus.

Stella ♂ hunc locum obtinens, multorum malorum
cauſa exiſtit, interdum vitiis corporis, interdum morbis
affligens: & in ſumma egenos, aut in peregrina terra de-
gentes, aut exules, aut peregrinatores efficit. Nonnun-
quam & brevi victuros, aut violenta morte perituros o-
ſtendit, quando ☉ vel aſpiciet, aut ☽ applicantem exci-
piet, ſi quidem extra beneficorum radios repertus fuerit.

♃ hunc locum obtinens, temporum progreſſu locu-
pletes faciet. Serus enim aut veſpertinus eſt cardo domi-
cilii hujus, ideo & felicitates ſero largitur. Conciliat et-

jam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

jam felices nuptias, ſed dat paucos liberos & in luctum conjicit ob mulieres & liberos.

♀ Occidentis cardinem obtinens, mores & naturam juvenum imitari facit: Senectutem dat labore & moleſtia carentem,& placida morte extinguit.

☿ Sapientes & literatos faciet, ſed afflictionibus animi obnoxios.

☉ in cardine occidentis conſtitutus ſignificat natos ſplendidos & divites, & quorum parentes ſunt illuſtres: Siquidem in maſculino ſigno fuerit, & extra radium maleficorum, in diurna genitura.

☽ in ſeptimo ab aſcendente loco peregrinationes afferet. Si vero in aqueis ſignis reperiatur, dominos aut gubernatores navium, aut nautas efficit, vel qui mercatoriam vitam agant, & qui multum peregrinentur, & fortunam in alto ac lubrico caſu poſitam habeant.

VIII.

Octavum ab aſcendente vocatur ocioſum, quoniam averſum eſt, à ſigno aſcendentis, eique haud conjunctum. Locus eſt, per quem pars mundi occidens deſcendit. Significat terminum mortis: Eſtque infelix hic locus. Benefici in eo conſtituti ex morte dant lucrum: Etenim hæreditates donant, & defunctorum occaſione juvant.

Non ſolum autem benefici hic reperti, utilitates adferunt è mortibus: Sed etiam Luna numero vel motu aucta, & lumine creſcens, quando a conjunctione Solis digrediens in hoc loco ſupra terram conſpicitur. Ideo & ex mortibus utilitates ſignificat, & hæreditates largitur, maximè ſi ſit borealis aſcendens.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Sol in hoc loco patris caſum adverſum aut vitium aliquod corporis, aut morbum aut obitum priorem denotat: in aliis efficiendis erit ignavior. Minuta verò lumine Luna, & extra radium beneficorum in hoc loco conſtituta, pauperes, miſeros, egenos & perturbationibus obnoxios reddet.

Malefici, præter conditionem ibi reperti, detrimentum rei familiaris, fruſtrationes negociorum & jacturas atque clades afferunt non exiguas: Nonnunquam & infelicis mortis autores ſunt.

Venus hunc locum occupans, ignaviora omnia reddit, quæ ad nuptias pertinent: Et interdum amatores puerorum, aliquando amore furentes & flagitiosè laſcivos indicat.

Sed Mercurius in hoc loco efficit amantes tranquillitatis, taciturnos, domi abditos: interdum fures aut falſarios. Fatuos gignet vel inſipientes vel inertes, quando ſub ſplendore Solis fuerit: aut ſub Saturno, in cujus conjunctione, quadrato, aut oppoſito, ita vt plures, quàm ipſe, partes obtineat.

IX.

Nonum, ab aſcendente ſignificat ea, quæ de Diis & ſomniis atque peregrinatione prædicuntur. Eſt verò & Aſtronomicum, & medium cœli antecedit, ſi ab occaſu verſus ortum quis progrediatur. Vocatur locus Solis. In hoc enim ſigno Sol tantum gaudet. Dicitur etiam cadens fortunatum.

Sol, Satturnus, Iupiter aut Mercurius in hoc loco conſtituti, à Diis & Regibus gratias, vel beneficia conciliant: faciunt & opulentos. Interdum in ſacrum ordinem

nem cooptant, aut præſides ſacrorum efficiunt: Dant enim regalia dona: Sed peregrinantes ſignificant. Sol autem cum ☿ ibi conſiſtens, vates & ſomniorum interpretes, aſtrologos, aruſpices & omninò arcanorum conſcios facit.

Luna etiam cauſa eſt peregrinationis, ſi cum illis conjungatur, & uni maleficorum aut Mercurio applicetur.

X.

Decimum ab aſcendente vocatur medium cœli, & bipartitio portionis cœli ſuperioris. Eſtque cardo auſtralis: Et quæ à media ætate fiunt, ſignificat. Hinc verò & ea ſumuntur, quæ de actione nati, de gloria, magiſtratu, factione, loci dignitate, patria & permanſione prædici ſolent.

Nuptiarum quoque & liberorum maſculorum ſignificationem facit.

In hoc loco Sol viros oſtendit ad principatum propenſos, celebres, ſtrenuos & illuſtres, ſi liber ſit à maleficorum radio: facit etiam naſci patre inſigni ac nobili.

Luna in genituris nocturnis hunc locum obtinens, præclaros, divites, vectigalia Regum colligentes aut præſides urbium efficiet: Si Saturnus vel Mars, corpore aut radio quadrato vel oppoſito, ei non fuerit conjunctus: & matres talium, nobili genere natas reperies.

Saturnus occupans hunc locum in diurnis genituris, & ſimul in ſignis conſtitutus, in quibus gaudet, negociationes dabit, in aquis: & locupletes agriculturæque ſtudioſos, & eorum, qui terras tenent, paſtorumque & rerum, quæ in terra continentur, atque ædificiorum poſſeſſores demonſtrat. Sed in genituris hunc locum tenens, in

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

humidis quidem occupatos ſignificat: Sed in opere infelices, & egenos, & nihil proficientes, & infirmos & infelices in nuptiis, ac paucos gignentes liberos, pauperesque efficit: Nonnunquam & qui diu peregrinentur, aut extra propriam urbem habitent, & vagentur longo tempore.

Jupiter interdiu ſic receptus, ſi motu velox ſit, aut à Martis radio liber: illuſtres vita, magnificos, præclaros, negotia Regum aut Primatum ſua fide adminiſtrantes, & multis cognitos præſtantes amicos habentes, & in agendo efficaces deſignat. Non tamen perinde felices eos reddet, neque quibus alii facilè obtemperent, neque quibus actiones omnes ex ſententia ſuccedant.

Mars cardinem verticalem tenens aut locum medii cœli in genituris diurnis, inter parentes diſſidia faciet. Natos autem ita exercet, ut in paupertate & victus inopia vitam omnem tranſigant: alios, victus & nuptiarum expertes in juventute reddit; interdum violentæ morti obnoxios, ubi nullus beneficorum radios ad eum emiſerit. Si enim Iupiter & Venus ei configurentur, ſenectutem habebunt præclaram & periculum violentæ mortis effugient. Quod ſi in maſculinis ſignis, ſive nocturnæ ſint genituræ, ſive diurnæ, hæc ſtella medium cœli occupaverit, maſculam prolem rarò dabit.

Stella ♀ in veſpertino ortu ſuo, medium cœli tenens à maleficorum obtutu libera, ſplendidam vitam agentes, ſummos ſacerdotes, felices templorum rerumque ſacrarum curatores, ſenatores, præfectos, corona ad virtutem donatos & illuſtres faciet: cauſa etiam exſtitit felicitatis nuptiarum liberorumque: inſuper à vulgo publicè celebratos populoque gratos, & nomine valde cla-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

ros denotat. In matutino autem ortu conſtituta, immutat priorum ſtatum, & in contrarium convertit. Et aliâs artium amantes, aliâs miſerabilem vitam degentes, homines ſignificat: elegantium tamen & mundorum operum plerumque peritos, interdum & muſicos aut qui canendo ſe ſuſtinent, efficit.

☿ ſtella locum occupans verticalem: ex orationibus aut ſcientia, aut literis, aut orationum pronunciationibus victum parat. Interdum & ſententiarum judicialium exceptores, aut ſcriniorum publicorum cuſtodes, aut ſcribas publicè collectarum per provincias pecuniarum, aut notarios, cauſarum oratores, advocatos, juriſperitos, interpretes, aut numularios ſignificat.

♂ verò illi configuratus, ſive corpore ſive radio quadrato aut oppoſito, mendaces efficit, contemptores Deorum, impios, ſacrilegos, rem divinam auferentes: præterea veneficus aut venenorum conſcios & falſarios: & in ſumma tales, qui ob hæc, in exiſtimatione mala & infames futuri ſunt. Interdum & lictores, aut cuſtodes, arceris aut metallicis præfectos aut publicanos faciet. Malorũ enim operum ſemper, & quæ ad malum dirigant, occaſiones præbet commixtio ♂ cum ☿, ſine beneficorum auxilio.

XI.

Undecimum ab aſcendente, bonus genius vocatur, eſtque locus Jovis. In hoc ſigno præſens ipſe gaudet. Nunciat ea, quæ de commendatione & patrocinio prædicuntur: ac propterea bonas ſpes oſtendit. In hoc loco Sol conſtitutus, è patre illuſtri & divite natum ſignificat, ipſumque temporis progreſſu felicẽ faciet & locupletem.

Luna hunc locum ſortita, maximè in geneſi nocturna

matre

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

matre procreat divite & illuſtri, & rerum omnium copia affluente: ac natum omnibus abundantem & ſpecioſum, ac decorum reddit, cum ſe ad aliquam beneficarum ſtellarum applicaverit.

Saturnus in hoc loco ſecundum conditionem repertus annorum decurſu integra ſua bona poſsidentes efficiet: ignaviores verò reddet in actionibus & conatibus.

Iupiter II. locum ſive noctu, ſive interdiu obtinens rem familiarem auget, & in ſplendore ac divitiis collocat, glorioſoſque faciet, & hoſtibus ſuis ſuperiores ac ferè à vitiis & morbis natos cuſtodiet.

In nocturna genitura Saturno hunc locum tenente eorum, quæ acquiſita ſunt, fit imminutio. Ignavos vero ad agendum, & quorum conatus ſint difficiles & egenos efficiet.

Mars II. ab aſcendente locum in diurna geneſi poſsidens jacturam rei familiaris, & negociorum abjectionem, locorumque & caſuum adverſorum immutationes monſtrat: & prædictionem de liberis infauſtam reddit. In nocturnis autem genituris bonorum copiam adducit. Eſt enim tunc ſecundum conditionem: & facit, ut nati ſint in honore & precio apud turbam, & noti atque familiares potentibus.

Venus ibi ſedem habens felicitatem nuptiarum, & elegantiam vitæ dat, & locupletes efficit, victuque non indigentes, & quibus ætatis progreſſu feliciter omnia ſuccedant; ſiquidem à radio maleficorum fuerit libera.

☿ ſive in matutino, ſive in veſpertino ortu hunc locum ſortitus, ex liberis victum parantes ſignificat, ac ut actiones invidia careant, efficiet: utque natus rem familiarem paulatim adaugeat: interdum & virtutis fit cauſa & ſcientiæ participes faciet.

Duo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

XII.

Duodecimum, ab aſcendente vocatur malus genius & horoſcopum antevertens; Eſtque locus ♄. In hoc enim ♄ ſtella maſculinum ſignum tenens in genituris diurnis ſola gaudet. Semper autem efficit, qui ſuperiores ſint ſuis hoſtibus, eoſque ſua potentia opprimant. Et qui in propriis actionibus ſedulò occupentur. Etenim regionum Dominos, aliisque imperantes, & qui fortiter res gerunt, crudelesque moribus denotat. Significationem etjam facit hic locus, de ægritudinibus & partu, & inimicis, ſervisq; maſculis & quadrupedibus.

In hoc loco ☼ apparens patris peregrinationem aut orbitatem nunciat, eumque affligit aliquo morbo, vel vitio corporis, aut ruina, aut paupertate opprimit: aut patrem contemptum & ignobilem: ipſosque natos, obſcuros, & pauperes, atque inopes fore demonſtrat.

☾ ſignificat matrem ſecuram aut infimæ conditionis, aut deſpectam, aut de ſtatu ſuo dejectam. Quando verò ſtellæ maleficæ configurata fuerit, aut ad aliquam maleficarum ſe applicaverit: actionibus magis obnoxiam, ignotam, aut brevis vitæ matrem futuram oſtendit. Ipſos verò natos, pauperes & miſeros, atque omni infelicitate divexatos efficiet.

♃ hunc locum obtinens, inimicorum rebelliones, & apud inferiores, & eorum, quæ ad patrem ſpectant, diminutionem afferet. Verum tamen ubi de ſervis & quadrupedibus agitur, bonus eſt & utilis, & ad hanc prædictionis partem valde accommodatus.

♂ Sortitus hunc locum infelicia reddit, quæ de ſervis & quadrupedibus præſignificantur, & à ſervilibus perſonis inſidias atque controverſias movet.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

♀ in hoc loco reperta, occaſione mulierum affligit, & perturbationibus animi involutos, hoc eſt, in amorem valdè propenſos efficiet: commiſcentur tales & cum ancillis, aut vetulis, aut ſcortis, qua de cauſa ſine liberis degunt.

Quando verò ♄ Venerem excipiens in cardine fuerit concumbentes cum ſervis, & in nuptiis infelices: interdum & qui proprias uxores obſervēt & cuſtodiant, facit.

Mercurius hunc locum obtinens fures, deſtructores, maledicos, maleficos, quadruplatores, doloſos, ſimulatores pariet, interdum & ſcribas, aut inferiores doctores, aut interpretes, aut cauſidicos.

DE PLANETIS ET QVÆ IIS *accidunt à ſemetipſis, & cum Sole ac Luna, ac primò de ordine eorum.*

Sunt Planetæ ſeptem, qui verſantur retrò contrario motu, atque firmamentum:

Verſiculi de ordine Planetarum.

Poſt SIM SVM ſequitur, proxima Luna ſubeſt.

Aliter.

Saturnus prior eſt: hinc Juppiter: inde Gradivus:
Poſt ſequitur Phœbus: Cypria quinta Venus,
Mercurius ſextus: verùm infima & ultima Luna
Ordo Planetarum clauditur hoc numero. (eſt.

Saturnus eſt ſupremus, hunc ſequitur Jupiter ſalutaris & proſper; Huic Mars ſuccedit rutilans & horribilis, quem

quem Sol ſequens mediam regionem obtinet, Huic deinceps primò ſubjicitur Venus, mox Mercurius, infimum locum Luna tenet.

Aliter.

Cælorum bis quinq; orbes : ſine ſidere ſummi
Sunt duo: fixa gerens tertius aſtra rotat.
Et ſeptem reliquos ſeptem obtinuêre Planetæ,
Datque orbi ex illis nomina quisque ſuo.
Saturni prior eſt: Jovis alter, & inde Gradivi,
Eſt quartus Solis: quintus & eſt Veneris.
Mercurii ſextus: ſed Luna eſt ultimus: infra
Bis duo diverſis ſunt elementa locis.
Ignis ſumma tenet: ſuccedit proximus aër,
In medio pendens terra rigatur aqua.

Aliter.

Septem volvuntur ſtellati in lumine cœli,
Errabunda regunt quæ noſtrum ſidera ſeclum,
Phœbe noctivaga: triſtis Saturnus: Apollo
Dulcis: amica Venus: Mars audax: aliger Hermes:
Naturæq; parens & ſtirpis Juppiter auctor.
Hæc mortale regunt hominum genus? iſta colunt nos
Saturnus, Sol, Luna, Venus, Mars, Juppiter,
Hermes.

Boni Planetæ, qui & fortunæ ſunt ♀ ♃.

Mali & infortunæ ♄ ♂. Malus Planeta ſuis eſt bonus.

Iuppiter eſt homini ſicut Venus alma benignus:
Qui ſatur eſt annis contrà cum Marte malignus,
Mercurius medius cum lumine utroque putatur.

DE MOTU PLANETARUM PROPRIO.

Annis triginta Saturnus conficit orbem,
Signiferum abſolvit duodenis Juppiter annis,
Menſe quater ſeno trux circuit aſtra Gradivus,
Curriculum Titan biſſenis menſibus implet,
Conficit atq; Venus totidem: totidem quoq; Stilbon:
Omnem menſe polum Phœbe nocturna pererrat.

DE NATURIS ET PROPRIetatibus Planetarum.

SATVRNVS ♄

Saturnus unde dictus. Saturnus dictus à ſaturitate, vel quod ea, quæ tribuit, cum plenitudine conferre putatur, vel quod ſaturetur annis.

Quo colore luceat. Fuſcus eſt, & colore plumbeus, obtuſioris luminis quovis alio Planeta & minimus aſpectu præter ☿.

Quibus coloribus præſit. Attributi ſunt ei niger, cinereus, & pullus color.

Quam naturam & qualitates habeat. Frigidam habet naturam, cum à ſole plurimum abſit, ſiccitate etiam parumper affectus.

Eſt maſculinus, melancholicus, terreus, diurnus, ma-

lus, humanæ naturæ noxius atque inimicus, inforturna major dictus.

Tardus item in effectibus, ponderoſus & gravis, teterrimus per omnes ſuos aſpectus.

Præeſt ſenibus, patribus, avis, abavis, agricolis, mendicis, Hebræis, foſſoribus metallorum, coriariis, figulis, habentibus profundas cogitationes. *Quibus præſit perſonis.*

Ex rebus habet altam memoriam, multarum rerum experientiam & ſcientiam, conſuetudines & utilitatis regni ædificationes, poſſeſsiones, hæreditates, agriculturam, & plerasque artes ſordidas. *Rebus.*

Affert carceres, morbos longos, hoſtes occultos. *Quid ſignificet.*

Facit homines colore nigros & croceos, habentes oculos defixos in terram, macros, incurvos, parvis oculis, raris barbis, pavidos, taciturnos, ſuperſtitioſos, doloſos, avaros, triſtes, laborioſos, pauperes, contemtos, infelices, melancholicos, invidos, pertinaces, ſolitarios, inſidiatores, imberbes, voraces, theſaurarios. *Quales faciat natos.*

Tribuuntur ei ex membris auris dextra, ſplen veſica, oſſa, dentes. *Quas partes corporis habeat.*

Et horum membrorum infirmitates, podagra, lepra, ſcabies, paralyſis, tabes, icterus niger, quartana febris, colica paſsio, hydrops, pituitoſi catharri ad pulmones & pectoralia delabentes, tuſsis & ſimiles morbi, qui ex defluxu frigidorum humorum exiſtunt. *Quos morbos.*

Habet truces, nigros lapides & turbidos. *Quas gemmas.*

Item plumbum: *Quod metallum*

Et numerum octonarium. *Quem numerum.*

Ex arboribus ſambucum, quercum, platanum, & omnes arbores groſſam & aſperam corticem habentes.

Ex herbis & radicibus, rutam, cœpam, coloquintidam, *Quæ terra naſcentia.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

dam, & omnes radicem groſſam habentes, myrrham, caſiam, aloen, palmas, meſpilos.

Quæ animalia. Ex animalibus, camelos, porcos, urſos, catos & omnia, quæ noctu vagantur: grues, ſtruthiones & tardè gradientia, bubones, mures, talpas, ſcorpios, ſcarabæos.

Quas regiones. Clima primum habet dextrum orientis: Bavariam, Saxoniam, Stiriam, Romandiolam, Ravennam, Conſtantiam, Ingolſtadium.

Quem ſeptimanæ diem. Attribuitur ei cujuſcunque ſeptimanæ feria ultima quæ ab illo dies Saturni nominata eſt, & hora prima, & octava iſtius diei ab ortu ſolis numerando, noctis verò ſequentis tertia, & decima à principio noctis computando.

JUPITER ♃.

Iupiter unde dictus. Jupiter dictus à juvando, quaſi juvans pater, cum ſit ſalutaris hominum generi, aſpectu clarus, tantum fulgens, ut umbram faciat, obſcuriorem tamen quam ♀.

Quo colore Maximus eſt conſpectu inter Planetas, præter Solem & Lunam, Veneremque à qua tamen parum vincitur.

Natura ejus eſt calida & humida temperatè, ſanguinea, aërea.

Quam naturam & qualitates habet. Eſt enim medius inter Saturnum frigefacientem, & ♂ urentem, beneficus per omnes ſuos aſpectus.

Maſculinus, diurnus, humanæ naturæ amicus, fortuna major dictus.

Quibus coloribus præſit. Attributi ſunt ei colores, cæruleus, flavus, purpureus.

Quales faciat natos. Facit homines albos, pulcræ ſtaturæ, boni animi, graves, in actionibus prudentes, juſtos, liberales, divites, honoratos, fideles, felices.

Quas ſignificet res & perſonas. Eſt ſignificator ſuperbiæ, religionis, divitiarum, legum, gloriæ, laudis, filiorum, Cardinalium, Epiſcoporum, Antiſtitum, judicum.

Domi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Dominatur pulmoni, coſtis, cartilaginibus, epati, arteriis, pulſui, ſemini. *Quibus corporis partibus præſit.*

Et horum membrorum affectiones habet (quando eſt ſignificator morborum) peripneumoniam, apoplexiam, pleuriſin, cardiacam, anginam, ſpaſmum, ſive convulſionem & ſtuporem, inflammationes epatis, paſsiones ſpinæ dorſi. Item, ventoſitates in corpore, & morbos, qui ex flatibus, aut fœtore, aut putrefactionibus oriuntur. *Quibus morbis.*

Benè poſitus ſemen augmentat.

Dominum habet in Smaragdum, Saphirum, Amethyſtum, Turcoidem. *Quibus gemmis præſideat*

Et ſtannum. *Cui metallo.*

Dominatur roſis & lauro, amat crocum, ſandalium, ambram, camphoram, ſaccarum, muſcum. *Quibus terra naſcentibus.*

Numerum ſibi vendicat ternarium. *Cui numero.*

Animalia habet, elephantos, damas, cervos, tauros, boves, picas, columbas, turtures, coturnices, aquilas, pavones, falcones. *Quibus animalibus.*

Clima tenet ſecundum, ſeptentrionem, Babiloniam, Perſidem, Hungariam, Hiſpanias, Coloniam, Agrippinam. *Quibus regionibus.*

Dies ejus eſt feria ſeptimanæ quinta, & Jovis ab illo appellatur: & hora diei eſt ab ortu Solis prima & octava, noctis verò ſequentis, ab occaſu Solis tertia & decima. *Cui diei Septimanæ.*

MARS ♂.

Mars dictus, quod maribus in bello præſit, mavors, quod magna vertat. *Mars unde dictus.*

Rutilus ac terribilis igne ardens & micans, ſecundum Ciceronem, differt à Jove & Venere parvitate, rubore & obſcuritate. *Quo colore luceat.*

Habet

Quib. coloribus præſit. Habet colores, rubrum, flavum, igneum.

Quæ ſit natura ejus. Natura ejus eſt calida & ſicca, intemperata, bilioſa.

Eſt maſculinus, nocturnus infortuna major, inimicus humanæ naturæ, & belli auctor peſſimus, nocuus per conjunctionem, quadratum & oppoſitum.

Quas ſignificet perſonas. Significat furibundos, habentes rubeos capillos, vehementes, cholericos, audaces, temerarios, loquaces, iracundos, prodigos, pugnaces, contumelioſos, ſeditioſos, conjuratos, prædones, crudeles, inverecundos, chirurgos, lictores, Duces, Capitaneos, opifices qui ferrum & ignita opera tractant, bombardarios, machæropeos, fuſores.

Quas res. Habet rixas, militiam, victoriam, fortiter geſta, artes fabriles, Alchymiſticam, & omnia opificia, quæ fiunt per ignem, tyrannidem, violentiam.

Quibus corporis partibus præſit. Significat aurem ſiniſtram, fel, renes, venas, pudenda, teſtes.

Quibus morbis. Et horum affectiones, peſtem, apoſtemata ferventia, acutas febres, vulnera præſertim in facie, morbos acutos, febres tertianas, continuas & intermittentes, icterum flavum, eryſipilas, carbunculos, fiſtulas, epilepſiam, diſſenteriam, ac ſimiles ægritudines calidas & ſiccas.

Quibus gemmis. Lapides habet, adamanta, jaſpidem, rubinum, magnetem.

Quibus metallis. Item ferrum, chalybem.

Cui numero. Et numerum novenarium.

Quibus terræ naſcentibus. Ex herbis & radicibus, piper, zinziber, ſinapi, raphanus, ſcammoneum, euphorbium illi ſubjecta ſunt.

Quibus animalibus. Dominatur mulis, apris, lupis, equis, leonibus, accipitribus, milvis, gallis, amaris item ac venenis, quæ ob colorem ſtatim occidunt.

Climas

Clima tertium habet Septentrionem, Sauromatas, Gegas, Longobardos, Bataviam, Ferrariam. *Quibus regionibus.*

Dies eius eſt feria tertia ſeptimanæ, quæ ab illo Martis appellatur: & iſtius diei hora ab ortu Solis prima & octava; noctis ſequentis tertia & decima ab occaſu Solis numeratæ. *Cui diei ſeptimanæ.*

SOL ☉

Sol dictus quaſi ſolus lucens, cum ſit oculus & anima mundi, & locis diurnæ auctor, & temporum, annorum, dierum, horarum diſtributor. *Sol unde dictus.*

Aureus eſt & radians, & occultat omnia præter Lunam, & in ortu ac occaſu admittit Venerem, ut videri poſsit. *Quo colore luceat.*

Colores habet aureum, fulvum & purpureum. *Quibus coloribus præſit.*

Operatur calorem & ſiccitatem temperatam.

Eſt maſculinus, & diurnus, calidus & ſiccus moderatè, bonus cum bonis aſpectibus aliorum, ſed malus cum malis aſpectibus, fortuna per ſextilem & trigonum benè affectus: infortuna vero per conjunctionem, quadratum & oppoſitum, præcipuè peregrinus. *Quæ ſit natura eius. Quæ qualitates.*

Facit homines croceos, criſpos, calvos, pulcri coloris, fortes, ſecretos, probos, magnificos, magnanimos, cogitabundos, quietos, tribuit longam vitam, corpus incolume, mentem ſinceram & optimam, Regias dignitates, honores & opes plus quam cæteri Planetæ. *Quales faciat natos.*

Significat reges, principes, comites, aulicos, gerentes magiſtratum, ſplendidos, claros, providos, amantes & cupidos honorum, ambitioſos, regna, reſpublicas, nobilitatem, Magiſtratus, magnanimitatem, fortitudinem, ſplendorem, dominationem, honores, &c. *Quas ſignificet perſonas. Quas res.*

Quibus corporis partibus præſit. Sub dominio ſuo habet cerebrum, nervos, cor, oculum dextrum virorum, ſiniſtrum mulierum, nervos opticos, latus dextrum.

Quibus morbis. Et harum partium ægritudines, ſyncopen, πυλμὸν, καρδιακὴν, ſpaſmum, catharrum, frigiditatem epatis & ſtomachi, puſtulas matricis & partium inferiorum.

Quibus gemmis. Habet lapides, hyacinthum, chryſolitum, belaium.

Cui metallo. Et aurum.

Quibus numeris. Ex numeris habet unitatem & quaternarium.

Quibus terra naſcentibus. Arbores: ſalices, olivas, ceraſos, palmas, roſmarinum, hordeum, frumentum.

Quibus animalibus. Animalia regia: ut leones, falcones, gallos, aquilas.

Præeſt aromatibus.

Cui plagæ mundi. Clima quartum, orientem tenet,

Cui diei ſeptimanæ. Dies ejus eſt feria prima, quæ ab eo Solis denominatur: & iſtius diei ab ortu Solis hora prima & octava: noctis ſequentis, ab occaſu Solis, hora tertia & decima.

SOL.

Aſtrorum princeps, cœli decus, orbis & anni
Arbiter, ad nutum tempora resque gero.

VENUS ♀.

Venus unde dicta. Venus dicta vel à venerando, quia pulchritudinis eſt veneratrix: vel à veniendo, quod ad omnes res veniat, ludus ac lætitia mundi noſtri, fæcunditatem terræ atq; animantium adjuvans.

Quo colore luceat. Tantum fundit luminis, ut hujus radiis umbras fieri videamus, ſplendida & candidiſsima, & aſpectu maxima omnium ſtellarum, exceptis luminaribus.

Quibus coloribus præſit. Colores habet viridem, fuſcum, aëreum.

Natu-

Naturam phlegmaticam, frigidam & humidam temperie tamen affectam. *Quam naturam & qualitates habeat.*

Eſt fœminina, nocturna, fortuna minor, & temperatæ qualitatis, per omnes ſuos aſpectus benefica.

Facit fœminas pulchras, cum crinibus longis, facie & oculis rotundis, ac ferè tales homines, quales Jupiter, ſed luxui, ocio atque libidinibus deditos. *Quos faciat natos.*

Significat uxores, matrem, puellas, concubinas, adoleſcentes, coquos, Muſicos, mulieres ſanguine junctas, manſuetos, comtos, ſaltatores, procos, mulieroſos, appetentes deliciarum & ſodalitii, phrygiones, poëtas, pictores: amorem, miſericordiam, affabilitatem, comitatem, urbanitatem, pulchritudinem, donationes à mulieribus & amicis, conjugium, dotem, ornamenta & res precioſas, libidines, luxum. *Quas ſignificet perſonas. Quas res.*

Præſidet matrici, renibus, genitalibus, vaſis ſeminariis, mammis, gutturi, lumbis, natibus, epati, ſpermati, odoratui. *Quibus præſit corporis partibus.*

Et horum membrorum ægritudines habet: paſsiones matricis, ſuffocationes, Gomorrhæam, priapiſmum, diabeten, epatis & ſtomachi imbecillitates ex cauſa frigida & humida, ſcabiem Gallicam, lienteriam, frigus ſtomachi. *Quibus morbis.*

Lapides ſibi vendicat ſaphiros, cornelios, corallos, carbunculos, Margaritas. *Quas gemmas habet.*

Ex numeris habet ſenarium. *Quem numerum.*

Inter herbas & arbores habet balſamum, lilia, thus, roſas, ambram, muſcum, crocum, dactylum. *Inter terra naſcentia.*

Ex animalibus capreas, phaſianos, perdices, turtures columbas. *Quæ animalia.*

Clima tenet quintum, Auſtriã, Arabiam, Campaniam, Poloniam majorem, Helvetias, Senas, Viennã, Auguſtam. *Quas regiones.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Quem diem ſeptimanæ

Dies ejus eſt feria ſexta, unde ab ea denominationem accepit.

Hora item iſtius diei ab ortu ſolis, prima & octava, noctis vero ſequentis, ab occaſu ſolis, tertia & decima.

MERCURIUS ☿.

Mercurius unde dictus.

Mercurius dictus à merce, quia rationum, mercaturæ & eloquentiæ pater eſt.

Quo Colore luceat.

Stella lucida licet non candida, ſemper Soli vicina parua admodum.

Quibus coloribus præſit.

Habet colores, cæſium, mixtum, variumque.

Quam naturem habeat.

Eſt mutabilis & variæ naturæ cum bonis bonus, cum malis malus, cum maſculinis maſculinus, cum fœmininis fœmininus, cum fortunis fortuna, cum infortunis infortuna, cum humidis humidus, cum calidis calidus, & verè hermaphroditus.

Proppria tamen eius natura eſt frigida & ſicca.

Quales faciet natos.

Facit homines cum longis digitis, ancipitis naturæ, & ſemper nova excogitantes, qui non quieſcunt, callidos, aſtutos, & non adeo manifeſte ſua agentes.

Quas ſignificet perſonas.

Significat fratres natu minores ſervos, viros ingenioſos, Philoſophiæ Profeſſores, Mathematicos, Arithmeticos, ſcribas, Cancellarios, mercatores, ſculptores, omnis generis artifices, ingenioſos, ſagaces, doloſos, callidos, inſtabiles: contractus, negotiationes, omnes artes, quę in ingenii contēplatione verſantur, ſtudia honeſta, inventionem novarum rerum, divinationem, curioſitatem ingenij, induſtriam, itinera, donat divitias ex induſtria artium & mercatura.

Quas res.

Quibus præſit corporis partibus.

Præſidet cerebro, ſpiritibus, memoriæ, imaginationi, linguæ, manibus & digitis, felli, oſsibus cruribus, cerebri nervis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Et habet morbos, maniam, privationem ſenſus communis, lethargiam, deliria omnis generis, balbutiem, & linguæ impedimenta, rancediuem, morbum caducum, tuſsim, abundatiã ſputi, oppilationem fellis, vomitum, catharros ex abundantia humorum in capite, & omnes morbos melancholicos. *Quibus morbis.*

Labides habet Alectorium. Cornelium, Calcedoniũ. *Quibus gemmis.*

Argentum vivum. *Cui metallo.*

Numerum quinarium. *Cui numero.*

Petroſelinum, coryli, avellanæ ei ſubjiciuntur. *Quibus terra naſcentibus.*

Inter animalia vulpes, apes, ſimiæ, ſerpentes. *Quibus animalibus.*

Tenet clima ſextum, Ægyptum, Græciam, Angliam, Sileſiam, Pariſium, Erphordiam, Viennam Auſtriæ. *Quibus regionibus.*

Dies eius eſt feria quarta hebdomadæ, ac nomen ab illo accepit apud Latinos Mercurii. Hora item prima & octava eius diei ab ortu Solis, noctis vero ſequentis tertia & decima ab occaſu Solis numeratæ. *Cui diei ſeptimanæ.*

LUNA ☽

Luna dicta, quod aliena luce luceat, aut lumine uno. *Luna unde dicta.*

Eſt coloris blandi, inæqualiter denſa, luce ſplendens aliena, decor noctis, mater roris, humoris miniſtra. *Quo colore luceat.*

Habet colores, pallidũ, croceum, album & argenteũ. *Quibus coloribus præſit.*

Naturam frigidam & humidam: videtur humiditatem augere cum modica calefactione. *Quam naturam & qualitates habeat.*

Eſt beneficia per ⚹ & △, in domo aut exaltatione: malefica contra per ☌, □, aut ☍.

Facit inconſtantes, laborioſos, nautas, inſipidos, gaudentes itineribus & vitæ varietate. *Quales faciat natos.*

Significat reginas, viduas, matres, uxores, plebem, & qui ſunt in aſsiduo motu ut curſores, legatos, nuncios, piſca- *Quas ſignificet perſonas.*

piſcatores, legatos, nuncios, vagabundos, puſillanimes; *Quas res.* Omnia quæ humore abundant, mare, flumina, & horum affluxus, & refluxus, ſtudium hiſtoriarũ, legationes, navigationes, peregrinationes, qualitates animi ac corporis.

Quibus præſit corporis partibus. Regit cerebrum, oculum ſiniſtrum viri, & dextrum mulieris, ſtomachum, ventrem, latus ſiniſtrum, inteſtina, veſicam, guſtum, membra generationis, epar in muliere.

Quibus morbis. Et harum partium imbecillitates ſignificat, epilepſiam, paralyſin, colicam, catharros, menſtrua, lienteriam, hydropen, phlegmatica, apoſtemata, & ægritudines provenientes ex oppilatione venarum.

Quibus gemmis. Habet lapides, cryſtallos, margaritas, berillos.

Cui metallo. Argentum.

Quibus numeris. Ex numeris habet binarium & ſeptenarium.

Quibus terra naſcentibus. Cucurbitas, cucumeres, pepones, melones, lactucas, endiviam.

Quibus animalibus. Ex animalibus lepores, cuniculos, pſittacos, philomelas, cygnos, ranas, cancros.

Et quæ merſa fretis, concharum & carcere clauſa,
Ad Lunæ motum variant animalia corpus.

Quibus regionibus. Obtinet clima ſeptimum, Flandriam, Hollandiam, Zelandiam, Daniam, Noribergam.

Cui diei ſeptimanæ. Dies ejus eſt feria ſecunda ſeptimanæ, ab eaq; nomen inditum eſt; habet horam ejus diei ab ortu Solis primam & octavam, noctis ſequentis tertiam & decimam ab occaſu Solis.

Eſt aſtrum Lunæ fugax, tenebrarum & noctis amicum, fœmineum, ſterile, umbroſum, mutabile, vanum. Defert omnes influxus & ſignificata ſtellarum tàm errantium quàm inerrantium ad hæc inferiora.

Levinus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Levinus Lemnius ſuper locum Plin. lib. 2. cap. 100.

Luna fœmineum, ac molle, nocturnumq; ſidus, humorem movet quidem: at, ut Sol, non attrahit, cunctaq; humifico ſpiritu implet, ac turgida efficit, quo fit, ut, qui regiones humidas frigidasq; occupant, excrementis ac pituitâ ſcateant, ac ſubinde tuſsi, raucedini, corizæ, multisq; aliis fluxionibus ac catharris obnoxii ſint, ac infeſtentur, præſertim ocioſi, ignavi, ſedentarii, & qui rariùs exercitationi ac labori inſiſtunt. in quos propter humorum redundantiam Luna potentiùs vim ſuam exerit, ita, ut iſti, præ cæteris, ejus motibus effectibuſq; ſint expoſiti.

CAPUT DRACONIS.

Caput Draconis, veluti ☿, cum bonis bonum eſt, cum malis malum. In conjunctione namq; bonorum, bonitatem, malorum vero malitiam eorum auget. Per ſe autem ſimilem habet naturam cum Jove ac Venere, eſtque Maſculinum.

CAUDA DRACONIS.

Cauda capiti penitus adverſatur. Cum bonis enim mala eſt, cum malis bona: ut boni bonitatem, & mali malitiam minuat. Aſsimulatur naturæ ♄ & ♂. Eſt fœminina.

ACCIDENTIA PLANETArum ratione Solis

In corde Solis dicitur Planeta, cum Soli proximus fuerit infra XVI. minuta, ultra & citra.

Com-

Combuſtus, cùm à Sole plus minutis XVI. diſtat minus tamen medietate ſui orbis.

Sub radiis eſſe dicitur cum infra XVII. grad. ante vel poſt Solem fuerit.

Auctus lumine, dum à Sole, vel Sol ab eo elongatur.

Minutus lumine, cum ad Solem, vel Sol ad eũ accedit.

Orientalis, cum matutino tempore ante Solis ortum ſupra terram apparet.

Occidentalis, cum veſperi poſt Solis occaſum ſuper terram conſpicitur.

Orientales quoque dicuntur Planetæ, cum ſunt ab Horoſcopo uſque ad medium cœli, & ab occaſu uſque ad imum cœli: quibus in locis dicuntur eſſe Maſculini.

Occidentales verò & fœminini cum ſunt in reliquis duabus quartis.

Luna dicitur aucta numeris, cum æquatio argumenti additur ſuper medium motum, vel cùm motus ejus verus major eſt medio; quod videri poteſt ex Ephemeridibus.

DE PLANETARVM VIRIBVS ac naturis, verſus.

Naturæ exurit Saturnus frigore vires,
Solis ab orbe ſuum nam procul urget iter.
Saturni & diri Martis circundatus aſtro
Juppiter, harmonico cuncta calore fovet.
Vrendo exſiccat vis terrea corpora Martis,
Hoc calor, hoc Phœbi ſphæra propinqua facit.

Corpora

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Corpora vivifico Sol omnia temperat æſtu,
Hac vagus erronum munia ductor obit.
At Jove ſtella Venus calida eſt minus, humida plus
Grandius humorum plus quia corpus alit. (*eſt*
Contiguus Lunæ eſt Hermes, Soliqueſatelles,
Unde aliquando urit res, aliquando fovet.
Quam ſua vicinam gelidæ vehit orbita terræ,
Phœbes naturas humida ſtella rigat.

PLANETARUM OPERATIONES in genituris, ex vetuſto Codice.

Luna ☾.

Qui Lunæ habent genituræ dominam, ob innatam illis humiditatem, vitam ferè in aquis degunt, nauticam exercentes, aut piſcationibus operam dantes. Paralyſi obnoxii ſunt.

Mercurius ☿.

Filios facit intelligentes, ſagaces, æmulatores, beneficos, Mathematicos, voti compotes, conjectores, corpore graciles, pallentes, oculorum intuitu honeſtos, & potus temperantia mirabiles.

Venus ♀.

Venus inter ſalutaria ſidera numeratur, qui ſub ea nati fuerint, gratioſi erunt, & mulierum gratia celebres, genio indulgentes, laborabunt ſtomacho, & venenatis potionibus obnoxii erunt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Sol ☉.

Sol vita viventium, dat nato felicitatem in omnibus rebus, agilitatem in rebus agendis, alacres & ſani, ut plurimum vitæ hujus curriculum citra morborum affectiones finientes.

Mars ♂.

Mars facit potentes, bellaces, verſutos, validos, ſtolidæ ferocitatis, inſanos, indomitos, oblevisſimam cauſam ſe periculis objicientes, promptos, alacres, prodigos, iracundos, Tyrannos.

Jupiter ♃.

Jovem qui Dominum habent, juſti ſunt, honeſti, philalethes, amicitiæ ſtudioſi, in fratres, cognatos & pauperes pii, natura temperatisſima, erga omnes benigni.

Saturnus ♄.

Saturnini ſunt invidi, pigri, triſtes, avari, fraudulenti, eos ſequuntur morbi ex aqua intercute, Quartana febris, carceres, mortes in aquis, venena, ſuffocationes.

SEQUUNTUR VERSUS DE *ſingulis Planetis.*

SATURNUS ♄.

Mortales odio infeſtans & peſte maligna
Falcifer immiti devorat ore ſenex.
Ora modis miris ſemper cùm livida pallent,
Invidia huic cordi eſt, ambitioq́ latens.
Turpis iners animus, frigus ſub pectore torpet,
Adjuvat hæredem, vomere ſcindit humum.

Aliud.

Aliud de eodem.

Nigra ſeni facies, tardus gradus, horrida barba,
Et cani crines, & membra effœta ſenecta,
Jngenio tamen ipſe bonus, nec inutile pectus,
Conſiliis, conſtansq; animi, prudensq; futuri,
Semper at æterno contriſtat frigore terras.

Aliud.

Jnvidus & triſtis, Saturni filius excors,
Atq; Melancholicus, tacidus, luteiq; coloris.

Aliud.

Falcifer ignivomis per celſa Draconibus aſtra
Vectus, ad imbriferi Capricorni ſidera tendens,
Cui ferus obliquâ ſubſedit Aquarius urnâ,
Poſsidet expoſitum quicquid ſub ſole cadente eſt:
Submerſamq; Helicen, Ruſſos, Bavaroſq;, Getaſq;
Oxoniam, Auguſtam & Macedum campeſtria rura
Hic artes ſtudiumq; trahit, terraq; fodinas
Materiemq; manu certa duplicarier arte.

JUPITER ♃.

Vtilis affulget jucundo ſidere terris
Juppiter, unde juvans dicitur eſſe pater:
Jura, magiſtratus, fora, templa tuetur & urbes,
Juſticia clarus, conſiliiſq; viget,

Efficit hic magnis gratos, & amator honeſti,
Ex imo natos tollit ad alta gradu.

Aliud.

Sanguine largus, amans, hilaris, verax, rubeuſq;,
Filius eſt Jovis, & ſapiens, pius, atq; benignus.

Aliud de eodem.

Juppiter alatis aquilis per ſidera vectus:
Quippe aquilis ſemper gaudet Deus ille coruſcus,
Quem juvenis nudo formatus mollior arcu
Præcedit, ſubeunt piſces: Dominatur opaco
Euphrati, Aſſyriis, Cilicum campeſtribus oris,
Pannoniæ, Calabris, extremiſq; æquore Iberis.
Hic manibus tribuit nervos & acumina cordi
Et regale caput, nec delaſſabile pectus.

MARS ♂.

Igneus ecce micat rubicundo lumine Mavors,
Pectus & accenſum fervida bilis agit.
Hunc iræ, rabies, furor, arma ferocia, cædes,
Proditio, bellum, ſeditioq; juvant.
Sæpius apportet claram victoria famam,
Lites ex ſpoliis diſsidiiſq; facit.

Aliud Buchanani.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Magna quod evertam Mavors ſum jure vocatus,
Quàm validus dextrâ, tam rationis inops.
Vis, furor, ira, pavor, comites ſunt & mihi teſtes,
Quantum conſilii vis ferat orba mali.

Aliud.

Eſt Martis ſoboles, fallax, fera, ſanguine gaudens,
Bellatrix, torva, & confidens viribus, audax.

Aliud.

Marte dolus, prædæ, cædes, violentia regnant,
Proditio, bellum, miſcentur ſacra prophanis.

Aliud.

Prælia Threicii minitatur ſtella Tyranni,
Cui ſe ferventi conjungit Scorpius aſtro,
Corniger atque Aries, Syriis dominatur aquoſis,
Threiciis populis, Scythiæ campeſtribus, atque
Getulis, Suevis, Sleſis, Galliſq; Polonis,
Parthenopes, Capuæ & Camerinæ poſſidet arva:
Promittit ſtudia, & ſimiles naſcentibus artes,
Summus amor pugnæ eſt, tractantq; per otia bellum.

SOL ☼.

Sol oculus mundi, vitæ Sol lucis & auctor,
Lucens ſolus humo, nomina Solis habet.

Magnanimos, juſtos creat hic, & ſæpè ſuperbos,
 In ſolio reges collocat atque duces.
Longævos facit hic & magno nomine claros,
 Splendida fert regum dona favore potens.

Ejuſdem.

Sol oculus mundi, longum mortalibus annum,
 Inque vicem noctes metior atque dies.
Luminis & vitæ fons, per quem fructus & uſus
 Utilibus, pulcris gratia rebus adeſt.

Aliud.

Magnificos reges, juſtos, quandoq; ſuperbos,
Et fortes animo gignit Sol ſidere natos.

Ovidius de Sole.

Omnia qui video, per quem videt omnia tellus,

Et:

Per duodena regit mundi Sol aureus aſtra.

Aliud.

Sol rutilus radiante coma & fulgore coruſco,
Diſpellit tenebras totumq; illuminat orbem.

Aliud.

Aſtrorum princeps, cœli decus, orbis & anni
 Arbiter, ad nutum tempora reſq; gero.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Aliud.

Sidera per duodena regit Sol aureus orbem,
Carior at reliquis illi Leo flammiger, Alpes
Et regit Italiam, Siculos, Apuloſq; Bohemos,
Phœniſſas gentes, Apamenaq; rura, Sabinos,
Æmiliam, Orchiniam & vallatæ mænia Romæ,
Atque Syracuſas & ſtagna vadoſa Ravennæ,
Ille nova imperia & magna cum laude triumphos,
Claraq; conſtituet devicto ex hoſte trophæa.

VENUS ♀.

En Soli vicina Venus nitet aurea vultu,
Blanda, decens forma, jura potentis habet,
Læticiam, choreas, luſus amat, otia quærit,
Editus hac amor eſt, hac genitrice jocus.
Vere novo gaudet, terram fæcundat & æquor,
Commoda dat thalami fœdera, dote beat.

Ejuſdem.

Alma Venus, rerum genitrix, hominumque vo-
luptas,
Curarum requies, publicus Orbis amor.
Hi quoque, qui tetricis invadunt crimina verbis,
Vultu diſsimulant, diſsimulant & amant.

Aliud.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Aliud.

At fœcunda Venus cunctarum ſemina rerum
Poſſidet, æquatæ juſto ſub pondere Libræ,
Cui ferus à divæ Taurus cervicibus hæret,
Arva tenet Thebana Papho vicinaq́; Cypro
Littora, palmiferos Arabas, terraſq́; ferentes
Delicias, variæq́; novos radicis odores.
Laudis amore avidas mentes dat, corpora tarda,
Et graciles calamos, modulataq́; vocibus ora.

Aliud.

Filius ô Veneris tractans unguenta, Camænas,
Stupra, voluptates, cultus, bellaria, luxus.

MERCURIUS ☿.

Mercurius fertur brevibus levis æthere gyris,
Inconſtans, varius, nec ſtatione manet.
Hic aciem ingenii, varias largitur & artes,
Dulcis & Orator voce, Poëta, Lyra eſt.
Mercator bonus eſt, animi vim mobilis æqui
Applicat ille bonis, applicat ille malis.

Aliud.

Mercurius fingit divinos arte Poëtas,
Solertes, doctos, blandos ſermone, fideles.

Ejuſdem.

Mercurius venator opum, qui celſa Galero
Temperat aſtra, ſuos vultus in virgine figit,
Sub Geminis, ſtudia alta colens, arteſq; decoras,
Virgine ſub caſta felix terraq; mariq;
Eſt Rhodos, Joniæq; urbes & Dorica rura,
Arcades, antiqui, celebrataq; Caria fama.
Ille decus linguæ faciet, tum pectora doctis
Artibus inſtituet, ſuperat curſumq; loquendi.

Aliud.

Quot Proteï vultus, tot ſunt mihi nomina & artes,
Nulla eſt ingenio fraus malè nota meo.
Tam catus & mendax, vafreq; impoſtor, ut eſſe
Poßim Chemyſtes, augur & Aſtrologus.

LUNA ☽.

Luna per humentes tenebras, & candida bigis
Luce micat fratris: corpora magna creat.
Herboſis habitat ripis, freta cærula ponti
Navigat: extremo quærit in orbe domum.
Dat thalami ſocios, & regna ablegat & urbes
Inſtabilis vitæ mutat & illa genus.

Ejuſdem.

Quod maculas vultus alieno lumine fuco,
Muto cuncta, marem nunc peto, nunc fugio,

Quod vaga, quod nunquam conſtans, vis diſcere
cauſſam.
Fœmina ſum, uxoris forſan imago tuæ.

ALIUD.

Sortior ex Phœbo lucem mutabilis uſque,
Sunt in cuncta tamen proxima jura mihi.

ALIUD.

Filius eſt Lunæ inſtabilis, delator, inersq́;
Atq; puſillanimis, facie albus, corpore magno.

ALIUD.

Luna ſoporifero radiis argentea bigis
Dum vehit, & vario ſurgit dum lucida cornu,
Ferre ſub humenti gaudet veſtigia Cancro,
Æthiopaſq́; Afroſq́; regit, Tunetaq́; regna.
Et Venetos, Genuam, Piſas, Holandicaq́;
Quaſſata Oceano Zelandica littora ponto,
Merce peregrinâ fortunam ferre per urbes,
Et varios tribuit quæſtus, artemq́; lucrorum.

De Eclipſi Luminarium

Patitur ☉ & ☽ Eclipſin. Solis poteſt eſſe totalis ſed raro in diverſis regionibus; Lunæ univerſalis.

Eclipſi

Eclipſis Solis fit, quando Luna inter terram & Solem ſecundum diametrum locatur.

Eclipſis Lunæ eſt privatio luminis Solaris in Luna, quæ fit, quando Luna incurrit in umbram terræ interpoſitæ diametraliter inter Solem & Lunam: Utraq; fit prope caput ac caudam Draconis.

Quando Luna in ☌ Solis aut in eius ☍ per rectam lineam ſub Ecliptica collocatur, neceſſariò alterius luminaris habemus Eclipſin: Solis quidem in novilunio, Lunæ verò in plenilunio:

Luna maximè humectat in quadraturis propter propinquitatem terræ, plena lumine calefacit. Et ut lumen Solare vivificum animantium corpora blando ac vitali calore nutrit, atque ad actiones vegeta reddit: ita Luna implet ea humoribus & veluti pabulum calori nativo ſubminiſtrat.

Luna apud nos in hyeme auget frigus à novilunio ad plenilunium, non per ſe, ſed per accidens. Vapores enim plurimos elevat à terra, qui cùm ſint frigidiſsimi, aërem magis infrigidant.

Lunæ virtus in hoc maximè eſt, ut humiditates à terra ab Sole elevatas, contra terram retundat & reſtituat, quod tunc magis fieri videmus, quando plenior eſt, quia ſcilicet tunc temporis à Sole remotiſsima eſt, qui illi proximior virtute ſua rarefactiva, vires Lunares etiam atq; etiam reprimit & minuit.

TABULA OSTENDENS IN QUIbus Zodiaci ſignis Planetæ eſſentiales ſuas cum dignitates tum debilitates habent.

Signa Zodiaci	Domus Planetarum in Zod. diurnæ & noctur.	Exaltat. Planetar	Triplicitates Planetarum, ſecundum Ptolomæum.			Tabula terminorum Planetarum, ſecundum Ptolomæum Ægyptiacum.					Facies Planetarum, ſuis terminis ac gradibus limitatæ.			Peregrinationes	Detrimenta Planetarum	Caſus Planetarum	Gaudia Planetarum in ſuis ſignis
	5	4	3			2					1						
			D.	N.	P.						1	2	3				
♈	♂ D	☉	☉	♃	♂	♃ 6	♀ 12	☿ 20	♂ 25	♄ 30	♂ 10	☉ 20	♀ 30	Peregrinus dicitur Planeta cum nullam poſſidet dignitatem	♀	♄ 21	o
♉	♀ N	☽	☽	♀	♄	♀ 8	☿ 14	♃ 22	♄ 27	♂ 30	☿ 10	☽ 20	♄ 30		♂		♀
♊	☿ D.	☊	♄	☿	♃	☿ 6	♃ 12	♀ 17	♂ 24	♄ 30	♃ 10	♂ 20	☉ 30		♃	☋ 3	o
♋	☽ D N	♃	♀	♂	☽	♂ 7	♀ 13	☿ 19	♃ 26	♄ 30	♀ 10	☿ 20	☽ 30		♄	♂ 28	☽
♌	☉ D. N	o	☉	♃	♂	♃ 6	♀ 11	♄ 18	☿ 24	♂ 30	♄ 10	♃ 20	♂ 30		♄		☉
♍	☿ N	☿	☽	♀	♄	☿ 7	♀ 17	♃ 21	♂ 28	♄ 30	☉ 10	♀ 20	☿ 30		♃	♀ 24	☿
♎	♀ D	♄	♄	☿	♃	♄ 6	☿ 14	♃ 21	♀ 28	♂ 30	☽ 10	♄ 20	♃ 30		♂	☉ 19	o
♏	♂ N	o	♀	♂	☽	♂ 7	♀ 11	☿ 19	♃ 24	♄ 30	♂ 10	☉ 20	♀ 30		♀	☽ 3	♂
♐	♃ D.	☋	☉	♃	♂	♃ 12	♀ 17	☿ 21	♄ 26	♂ 30	☿ 10	☽ 20	♄ 30		☿	☊ 3	♃
♑	♄ N	♂	☽	♀	♄	☿ 7	♃ 14	♀ 22	♄ 26	♂ 30	♃ 10	♂ 20	☉ 30		☽	♃ 15	o
♒	♄ D.	o	♄	☿	♃	☿ 7	♀ 13	♃ 20	♂ 25	♄ 30	♀ 10	☿ 20	☽ 30		☉		♄
♓	♃ N.	♀	♀	♂	☽	♀ 12	♃ 16	☿ 19	♂ 28	♄ 30	♄ 10	♄ 20	♂ 30		☿	☿ 15	o

Infauſti fines ſunt omnes deniq; fines.

Dignitates GAURICUS ſic deſcribit:

Quinq; ſuis domibus claros ſortitur honores,
Quattuor in ſolio quiſq; Planeta ſuo.

Domus V.
Exalt. IV.
Finibus

Finibus inq; ſuis binos ſibi jure triumphos. — *Term.* II.
Tres autem in propria triplicitate capit. — *Triplit.* IIII.
Vnam duntaxat, fuerit ſi forte decana
Quisq; ſuo, vates quod docuere boni. — *Facies* I.

DE VSV TABVLÆ.

Si intraveris eam cum ſigno, ſtatim è regione in eadem linea habes dignitates omnes.

Dignitates Planetarum accidentales ſunt.

Quando Planeta maſculinus eſt in ſigno maſculino, & contrâ.

Quando Planeta diurnus eſt in die ſupra terram, & in nocte ſub terra & econtra.

Quando eſt in domo figuræ, in qua gaudet, ut ♄ in 12 ♃ in 11. ♂ in 6. ☉ in 9. ♀ in 5. ☿ in 1. ☾ in 3.

Tabula mediorum motuum Planetarum.

Plan.	G.	M.	2	
♄	0	2	0	
♃	0	4	59	
♂	0	31	27	
☉	0	59	8	
♀	0	59	8	
☿	0	59	8	
☽	13	10	35	*Menſis periodici.*
	12	11	27	*Menſis Synodici.*

Ex proprio motu tarditas aut velocitas ex iſta tabula mediorum motuum diurnorum intelligatur.

Motum horarium tum verum tum medium inveſtigare poteris in ſingulis Planetis, ſi motum diurnum diviſeris per 24. horas, Quotus enim dabit quæſitum.

De Domibus, exaltationibus & caſibus Planetarum.

Plane.	Domus Diu.	Domus Noct.	Exaltat.	Caſus.	
♄	♒	♑	♎	♈	*Saturni domus eſt noctis, Caper urna diei,* *Gloria Libra ſeni, ſed dolor eſt Aries.*
♃	♐	♓	♋	♑	*Juppiter arcitenentis habet cum piſce Sagittam,* *Cui tamen in Cancro ſors bona, iniqua Capro.*
♂	♈	♏	♑	♋	*Sed Martis domus eſt Aries & Scorpio pugnax,* *Huncq́ Caper tollit, Cancer ad ima premit.*
☉	♌		♈	♎	*Sol habet hoſpitium ſibi ſolus in æde Leonis,* *Atque illi eſt Aries gloria, Libra dolor.*
♀	♎	♉	♓	♍	*At Venus in Tauro, Libræq́ per atria verſat,* *Piſcibus exultat, Virgine preſſa jacet.*
	♊	♍	♍	♓	*Mercuriuſq́ habitat Geminorum in ſede, triumphat* *Virgine, & eſt mœſtus piſce adeunte caput.*
☾	♋		♉	♏	*Luna domum Cancri tenet, illam Taurus honorat,* *Et ſupra hanc verſans, Scorpio ſorte premit.*

Idem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Idem alio modo

	♄		♃		♂		☉		♀		☿		☾	
Exalta	♎		♋		♑		♈		♓		♍		♉.	
	di.	no.	di.	no	di.	no.			di.	no.	di.	no.		
Domus	♒	♑	♐	♓	♈	♏	☉	♌	♎	♉	♊	♍	☾	♋
Caſus	♈		♑		♋		♎		♍		♓		♏	

Planetarum dignitates, quot quiſque in ſingulis ſignis obtineat,

	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☾	☊	☋
♈	2	5	11	8	3	2	0	0	0
♉	6	2	2	0	10	3	8	0	0
♊	5	6	3	1	2	10	0	4	0
♋	2	6	5	0	6	3	9	0	0
♌	3	6	6	8	2	2	0	0	0
♍	5	2	2	1	6	12	3	0	0
♎	10	6	2	0	7	5	1	0	0
♏	2	2	11	1	6	2	3	0	0
♐	3	10	5	3	2	3	1	0	4
♑	10	5	7	1	5	2	3	0	0
♒	10	5	2	0	3	6	1	0	0
♓	3	8	6	0	9	2	3	0	0

Domus dignit. habet	5.
Exalt.	4
Triplicit.	3.
Termin.	2.
Facies.	1.

DE ASPECTIBVS ET *Configurationibus.*

Aſpectus eſt quædam proportionata atq; certis numeris toti cœlo computata diſtantia.

Sunt autem aſpectus 4. ☍ △ □ ✱.

Et præter hos conjunctio ☌.

Planetarum & Stellarum Aſpectus quid dicatur.

Ipſa Planetarum in certis diſtantia ſignis
Dicitur aſpectus: quo ſe impediuntq; juvantq;
Quod potes & reliquis in cœlo aſſcribere ſtellis:

Aſpectus ſunt duplices:

Dextri & Siniſtri.

Siniſter Aſpectus eſt efficacior dextro. Si autem ad domicilia cœli refertur aſpectus, tunc dextri validiores ſunt ſiniſtris.

Siniſter appellatur, qui à loco ſuo vel poſitu Planetæ ſecundum ſucceſsionem ſignorum ac graduum diſtat, id eſt, ex ♈ in ♉. Deinde ♊, vel ex prima domo in ſecundam & tertiam.

Dexter qui projicitur contra ſeriem ſignorum ac graduum, id eſt, ex prima in XII. & XI, vel ex ♈ in ♓ & ♒.

Sed hi aſpectus aliquando partiliter, aliquando platicè ſumuntur.

Partiliter, cùm Planetæ mutuo ſe ipſis gradibus contingunt.

Platicè,

Platicè, quando juxta medietatem orbium amborum, vel minus alter ab altero diſtat.

Et cùm cœlum ſive Zodiacus habeat 12. ſigna, unum ſignum 30. gradus continet, Cœlum totum 360 grad. de quibus oppoſitus aſpectus habet gradus 180, id eſt dimidium circulum. Dicitur etiam oppoſitio diameter, odii aut perfectæ inimicitiæ.

△ Habet 120 grad. id eſt, tertiam partem circuli, hoc eſt, 4 ſigna, Dicitur & trinus, trigonus, dilectionis perfectæque amicitiæ.

□ habet 90 grad. quartam partem circuli ſeu 3 ſigna. Dicitur etiam quadratus, tetragonus, malevolentiæ, inimicitiæ mediæ.

✶ habet 60 grad. & continet ſextam circuli partem ſive duo ſigna. Dicitur etiam Sextilis, Hexagonus, Dilectionis mediæ.

☌ Conjunctio fit, quando duæ ſtellæ ſunt in eodem ſigno, ac in ijſdem ferè gradibus. Dicitur etiam coitus, congreſſus, Synodus, Unio, Novilunium, Neomenia, Luna Silens, intermenſtrua.

Aſpectus Planetarum durant tantum, quantum illorum orbes & applicationes.

Orbes ſtellarum fixarum primæ magnitudinis continent grad. 7. min 30.

Secundæ magnitudinis grad. 6. min. 30.

Tertiæ magnitudinis gr. 3. min. 30.

Aſpectus & applicationes Planetarum tantum durant, quantum orbes.

♄	9		♒		XII.
♃	9		♐		XI.
♂	8		♑		VI.
☉	15	*ante & retro gaudet in*	♌	*Gaudet in Domo*	IX.
♀	7		♉		V.
☿	7		♍		I.
☽	12		♋		III.

De mediarum Solis & Lunæ conjunctionum & Oppoſitionum temporibus continuandis.

Conjunctio luminarium media fit exactis 29 diebus, horis 12 minut 46. ſec. 3. quod temporis ſpacium menſis Synodicus dicitur.

Vera requirit interdum longius, interdum brevius tempus, prout Luna alium atque alium ſitum habuerit in Epicyclo: & Solis verus motus, medium ſuum præceſſerit, vel eidem ſucceſſerit. Hoc pacto judicabis etiam de oppoſitionibus & quadraturis eorundem mediis, atq; ubi ſemel tempus mediæ oppoſitionis vel conjunctionis ad menſem certum inveneris, addendo ſubinde tempus modò aſsignatum, in infinitum produces.

Oppoſitio ſemper diſtat à conjunctione intervallo dierum 14. horarum 18. min. 22. ſecund. 2.

Quadratura proxima vel conjunctione vel oppoſitione abeſt ſemper diebus 7. horis 9. min. 11.

Tabula aſpectuum mediorum motuum Solis & Lunæ diſtinctione dierum annotata.

Tem-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Tempus.

			D.	H.	/.	//.
Pro	*	*Sini-ſtrè*	4	22	7	20
	□		7	9	11	1
	△		9	20	14	41
	☍		14	18	22	2
	△	*Dex-trè*	19	16	29	22
	□		22	3	33	2
	*		24	14	36	42
	☌		29	12	42	3

Quomodo invendi ſint Lunæ Aſpectus cum Sole ex præcedenti tabula.

Inventâ certâ die& horâ, quibus Luna cum Sole congreditur, reliquæ item ejus configurationes inventu non erunt difficiles. Nam ſi à tempore coitus Lunæ cum Sole ſupputaveris d. 4. h. 22. /. 7. //. 20. occurret ſtatim tempus, quo Luna ad Sextilem Solis ſiniſtrum pervenit. *

Rurſum, ſi à tempore congreſſus Lunæ cum Sole numeraveris di. 7. hor. 9. min. 11. videbis, qua die menſis prima quadra completa continget. □

Hinc ſi rurſus à die conjunctionis numeraveris di. 9. hor. 20. /. 14. //. 41. proveniet tempus, quo Luna ad △ Solis pertingit. △

Porrò ſi rurſus à die conjunctionis di. 14. hor. 18. & min. 22. numeraveris, ilico tempus plenilunii ſeu ſecunda quadra completa conſurget. ☍

Simili modo per aliorum ſeptem dierum, totidemq; horarum & minutorum à die plenilunii ſeu quadra ſecunda □

completa ſupputationem, tertiam quadram completam vel initium quadræ ultimæ venaberis.

Tandem ſi illis addas alios d. 7. h. 18. min. 22. incides in finem quadræ ultimæ ſeu tempus conjunctionis proximè ſequentis.

Quot horas Luna à coniunctione diſcedens ſupra Horizontem luceat.

Luna motu proprio ab occaſu in ortum, ut reliqui Planetæ, progrediens & à conjunctione diſcedens incipit paulatim lucere, & poſt Solis occaſum aliquandiu ſupra Horizontem noſtrum commoratur, donec arcus inter Solem & Lunam interceptus motu primi mobilis deſcenderit.

Prima itaque die poſt conjunctionem Luna lucet ſeu manet ſupra Horizontem hor. 0. 48′.

Secunda die hor. 1. & 36′.

Tertia die hor. 2. & min. 24. & ſic conſequenter, 48 minutis quotidiè additis ad plenilunium uſque.

Poſt plenilunium detrahuntur totidem minuta quotidiè in Lunæ diminutione uſque ad novilunium.

HOC SCHEMA COLVMNAS HAbens ſex, oſtendit in prima, quid in motu Lunæ accidat poſt ☌ & ☍. Deinde cognita conjunctionis die monſtrat in columna ſecunda diem ætatis Lunæ. In tertia tempus creſcentis & decreſcentis Lunæ diviſum in 12. horas, quibus illa ſerò ac manè ſupra Horrizontem lucet. In quarta ſigna Zodiaci, quæ perambulat Luna. In quinta aſpectus Solis & Lunæ. In ſexta quadras Lunæ.

1. ☌
Luna nova ad ſummam partem ſua Epicycli evehitur, & eſt in Apogæo, ac à terra remotiſſima.

II. □ prima.
Luna in quadratura prima creſcens eſt proxima terræ, & in Perigæo Epicycli.

III. ☍
Lunæ plenæ idem accidit, quod Lunæ novæ, hoc eſt, verſatur in Epicycli ſui Apogæo, & eſt à terra remotiſſima.

IV. □ ſecunda.
Luna in Quadratura ſecunda decreſcens ad ima Epicycli deijcitur, & eſt in Perigæo.

Hæc Lunæ ſingulis menſibus Synodicis accidunt.

1
Quid in motu ☽ accidat.

I. poſt ☌:
☽ à conjunctione creſcens continuè, poſt occaſum Solis lucet, & vertit cornua verſus Ortum à Sole, ac videtur veſperi, ſequiturq; Solem.

II. poſt ☍.
Luna poſt oppoſitionem decreſcens continuè, lucet uſque ad exortum ☉, computatis partibus ab exortu illius: vertit cornua à ☉, verſus occaſum, videtur manè, ac præcedit Solem.

2. Dies ætat. ☽	H.	3 M.	4 Signa Zod.	5. Aſpectus ☉ & ☽
30	0	0	♈	☌ Coniun.
1	0	48	♈	
2	1	36	♉	
3	2	24	♉	⚹ Sextilis.
4	3	12	♊	
5	4	0	♊	
6	4	48	♊	
7	5	36	♋	□ Quadra.
8	6	24	♋	
9	7	12	♋	
10	8	0	♌	△ Trigon.
11	8	48	♌	
12	9	36	♌	
13	10	24	♍	
14	11	12	♍	
15	12	0	♎	☍ Oppoſit.
16	11	12	♎	
17	10	24	♏	
18	9	36	♏	
19	8	48	♐	
20	8	0	♐	△ Trigon.
21	7	12	♐	
22	6	24	♑	
23	5	36	♑	□ Quadra.
24	4	48	♑	
25	4	0	♒	⚹ Sextilis.
26	3	12	♒	
27	2	24	♓	
28	1	36	♓	
29	0	48	♓	☌ Coniun
30	0	0	♈	

6.
Cuiuslibet Lunationis 4 ſunt partes ſeu quadræ, quarum.

Prima Quadra. Primam ſtatuunt calidã, & humidam.

Secunda Quadra. Secundam calidam & ſiccam.

Tertia Quadra. Tertiam frigidam & ſiccam: plenilunia plerunq; augent morbos.

Ultima Quadra. Quartam frigidam & humidam.


Dextra cavum veteris replebit, leva recentis,
Hoc ætas Lunæ noſcitur indicio.

QVOMODO ÆTAS LVNÆ quovis tempore ſit inquirenda.

Mediante numero Epactarum ætas Lunæ quovis tempore ſic deprehenditur: Accipe anni, in quo quæris ætatem Lunæ, Epactas. Deinde numeratione à Martio facta conſidera, quot ſint menſes ad tuum propoſitum Menſem. Numerum illum adde Epactis, producto tandem adjice dies datos, & habebis ætatem Lunæ. Quod ſi major numerus quàm 30. excreſcit diebus triginta abjectis, reſiduum erit ætas Lunæ.

SCHEMA OB OCULOS CONfigurationes Lunæ cum Sole ponens.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]


ZODIACVS IN 12 SIGNA ET SIGNORVM PARTES DISTICT9
OCC.
ORI
Solaris
Lunaris
Orbis
Orbis
Quadra ultima
Quadratus
Sextilis
Trigonus
Quadra terra
Quadra secund
Oppositio
Trigonus
Quadra prima
Quadratus
Sextilis
luna

Luna

Luna 12 ſigna Zodiaci ſpacio 30 dierum percurrit, ſingula verò ſigna plerunq; duobus diebus & 12 horis.

DE ANTISCIIS.

Cùm antiſcia quandam cognationem habeant cum aſpectibus, hic deinceps de illis verba facere conſtitui.

Antiſcia ſunt obumbrationes malæ; operantur enim Planetæ mali, ſi progreſsiones locorum Hylegialium ad ☌, □, ☍ venerint, ac ſi ibidem corporaliter eſſent locati, ac nonnunquam interimunt, ac corpus graviter affligunt.

Sunt autem antiſcia, puncta quælibet, quæ vel æqualiter diſtant à tropicis, vel quæ æquales habent aſcenſiones & declinationes dies, etiam faciunt invicem æquales.

Quandocunq; etiam progreſsiones ſive directiones Aphetarum, ad maleficorum antiſcia fuerint devolutæ, natus eo anno gravi ægrotatione conflictabitur, aut mortis diſcrimen experietur, præſertim ſi luminare conditionarium, & anni rex fuerint commaculati in utroq; præſertim themate.

Ægyptii his magnam vim tribuerunt, nec cæteri, qui abſolutè judicandi ſcientiam conſecuti ſunt, contempſerunt. Trapezuntus tribuit his maximam vim, ſed tamen ſecundariam poſt Planetas, dicit enim: Cùm antiſcia ſimiles gradus ſint, & ejuſdem penè complexionis atque naturæ inueniuntur, inde fieri, ut quam vim Planeta non habeat in uno, ubi eſt antiſcium ejus, habeat in altero ſecundum figuræ ſitum, & Planetarum irradiationes.

Non ſolum autem integra ſigna, verùm etiam ſingulæ ſignorum partes, æquè à punctis tropicis remotæ, ſeſe mutuò intueri dicuntur; nimirum ultimus grad. ♊, & 1. gr. ♋ gr. 20 ♊, & grad. 10 ♋. Atq; eâdem ratione deinceps, quæ iſthac continetur tabula.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Antiſcia ſigna & antiſcia ſignorum partes.

♋ ♌ ♍ ♎ ♏ ♐ *antiſcium in* ♊ ♉ ♈ ♓ ♒ ♑

In gradibus			in minutis			in minutis		
1		29	1		59	16		44
2		28	2		58	17		43
3		27	3		58	18		42
4		26	4		56	19		41
5		25	5		55	20		40
6		24	6		54	21		39
7		23	7		53	22		38
8	in	22	8	in	52	23	in	37
9		21	9		51	24		36
10		20	10		50	25		35
11		19	11		49	26		34
12		18	12		48	27		33
13		17	13		47	28		32
14		16	14		46	29		31
15		15	15		45	30		30

Ergo Sol in grad. 10. 35′ ♉ exiſtens, antiſcium ſuum mlttit in gr. 19.25′ ♌, nimirum gr. 10. 35′. ex gr. 30. relinquunt grad. 19. 25′.

DE ELECTIONIBVS DIGNITAtum, *officiorum, peregrinationum, legationum, venationum, piſcationum, plantationum & ſationum.*

Ac Primò in genere de omnibus electionibus.

Electiones in initiis rerum, ex aſpectibus Lunæ ad Planetas ex Johanne Monteregio.

Saturni ☌ cum ☽, in omnibus operibus dies evitandus, inprimisque cum ſenibus, villicis & agricolatoribus

Saturni ✱ & △ cum ☽, ſenibus & conſulibus jungere, terram cole, ſunda caſtra, extrue ædificia, vineas & hortos planta, ruinoſa erige.

Saturni □, & ☍, cum ☽, ſenibus non occurres, terram non coles, non plantabis, iter non facies, deſiderium differ, præcipuè ſi malum fuerit.

Iovis ☌ cum ☽ ✱ vel △, cum judicibus, nobilibus & Eccleſiaſticis converſare, & ab his quicquid volueris pete, omniaq; opera bona ſine ullo timore incipias, quod non minus de □ & ☍ dictum puta, diminutè tamen.

Martis ☌ cum ☽ □ vel ☍ milites ac ſtrenuos viros, evitabis, contentiones fugias, nihilq; penitus incipias.

Martis ✱, vel △ cum Luna, duc exercitus ad bella, ducibus & regibus congredere, principes alloquere, ignem pro alchimia accende, equos bellandi cauſſa eme.

Solis ☌ cum Luna res occultas, & conſilia ſecretè perfice, quæ ſciri nolueris, in reliquis evitanda eſt.

Solis ✱, cum Luna vel △ regibus, principibus, conſulibus, & ſapientibus, obviam fias, & ab his, quod deſideras, poſtula, jus pete, amicitias principum ineas.

Solis ☍ vel □ cum ☽ à prædictis omnibus caveas.

Veneris ☌ cum ☽, duc uxorem, comæ ornentur, elegantia veſtimenta indue, cum muliere concumbe, quod de ✱, & △ vehementius, de □, & ☍ remiſsius dictum intelligas,

Mercurii ☌ cum Luna, vel quocunque alio ipſorum aſpectu, expone ſcripturas, dic cauſſas, calculum, & rationes facito, mercare, eme, vende, nuntios, legatos & oratores mitte, iter arripe.

Hic advertendum eſt, quòd ☽ cùm in ſigno mobili

fuerit,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

fuerit, optimum eſt, res inchoare, quarum finem in proximo quæris. Etc um in ſigno fixo fuerit, res longo tempore duraturas incipe. Et cùm in ſignis communibus fuerit, res non diù duraturas agito.

Si luna ſtellis fixis fortunatis coierit, aſpectus fortunatus fiet, & econverſò.

Luna capiti draconis conjuncta, fortunata eſt.

Cum cauda, infortunata.

Cap t bonis bonitatem, malis malitiam adauget.

Cauda cum eiſdem conjuncta, utramque bonitatem ſcilicet, vel malitiam minuit.

TABVLA PRO ELECTIONIBVS

conficiendis ſub aſpectibus Lunæ, & Planetarum, vel quid fugiendum, eligendumve ſit ſub quolibet Lunæ & Planetarum aſpectu.

J. S.

	☌	⚹	□	△	☍
♄	Dies infortunata, iter ne facias, cum principib. & ſenib. ne loquaris, villicos & agricolatores fugias.	Senibus & agricolis te iungito, ædificia, terram cole, arbores & vineas plantato, amorem mulierum fugias.	Dies metuenda à colloquio ſenum & principum abſtineas, itinera & medicamenta fugito deſiderium differ.	Senibus & agricolis, congredere, ruinoſa erigere, inveterata reſtaura, vineas & hortos cole.	Servos ne conducas, lucra & cenſus ne exigas, & nihil prorſus ſi ſapis, incipias.
♃	Dies fortunata, nobiles, prælatos, iudices accedas, conſilia & jus petas.	Iuriſperitis & Eccleſiaſticis te iungito, leges atq; decreta legito.	Studio philoſophiæ incumbas, iudicia atq; conſilia tractare poteris,	Omne opus honeſtum incipias, principalibus, prælatis atq; iudicibus te iungito.	Iter carpe viator, quadruvio operam des: iudicibus & perſonis Ecceeſiaſticis occurras.
♂	Dies infortunata, ne facias iter, milites, & viros ſtrenuos vitabis.	Arma & equos emas, conduce exercitus in bellum, & ignem pro Alchimia accende.	Dies timoris plena, contentiones fugias, pacem vel fœdus firmum ne facias.	Cuncta pro bello neceſſario diſponas, animalia & alias beſtias eme.	Iter ne facias fuge conſortia, amicitias, & mulierum amores,
☉	Prorſus nihil incipias, niſi ea quæ ſecreta, atq; occulta deſiderabis	Regum & principum ſecularium negotia commode tractabis, & ab his dignitates atq; officia pete.	Dies vitandus in omnibus principes & magnates fuge.	Munera principibus offer, quicquid ab ipſis peteris, facilè impetrabis.	Iudicium ne ſubeas, à potentibus & divitibus te retrahas, & in omni opere,
♀	Dies voluptatibus & delitijs apta, veſtes, incide vel indue, mulierum amores, perquire ab eisq; pete.	Dies amoribus apta, & multis proſpera, coniugia facies, ſingula ornamenta perquiras.	Servos & operarios conducas, ludis, & cantilenis, ope amdes, veſtes indue novas vel incidas, uxorem ducas.	Amorem mulierum petas, filiis procreandis ſtudeas, veſtes novas indue, ſi Luna non erit in Leone.	Optimum eſt ſervos, & ancillas conducere, iter facies, & cunctis deliciis, & voluptatibus incumbes, & matrimonium contrahas.
☿	Scripta & calculum incipe, mercaturam exerce, nuncios vel tabellarios mitte.	Literis operam des, rationes mercaturas, vel officia facies: adoleſcenti præcepta trade, & ſapientibus te ſocia.	Legatos, oratores reliquos, etiam tabellarios, mittere bonum eſt: iter facias, eme & vende.	Carmina componas quæ ſunt ſubtilia excogitata in Quadruvio te exerceas, filios præceptoribus trade.	Scribas & Cancellarios accede, nuncios mitte, iter facies, eme, vende, & literis humanis incumbes.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Tabula electionum in quavis 28 ☾ manſionum ſupputatarum ad annum 1600.

Manſ. m.	S.	G.	M.	Qualitates.	Ad quid bona.
1	♈	27	53	*Temper.*	*Fac iter, ſume medicinas.*
2	♉	10	45	*Sicca*	*Fac iter per aquam.*
3	♉	23	37	*Humida*	*Eme beſtias.*
4	♊	6	29	*Hum. & frig. plus trig.*	*Proÿce ſemina.*
5	♊	19	21	*Sicca*	*Medicare, arripe iter.*
6	♋	2	13	*Temper.*	*Ne ſemina.*
7	♋	15	5	*Humida.*	*Semina, ara, non itinera facias.*
8	♋	27	54	*Neb. & temp.*	*Sume medicinam, fac iter per aquam tantum*
9	♌	10	49	*Sicca.*	*Ne ſemina, non facies iter.*
10	♌	23	41	*Humida.*	*Non arripe iter, veſtes novas ne indue.*
11	♍	6	33	*Temper. & aliquant. f ig.*	*Semina, planta.*
12	♍	19	35	*Humida.*	*Ædifica. planta, Semina.*
13	♎	2	17	*Temp.*	*Se.ina iter, ara, iter carpe v. a: or.*
14	♎	15	9	*Temp*	*Medicare, ſemina planta.*
15	♎	28	1	*Humida.*	*Fode puteos, & canales, non iter facies.*
16	♏	10	53	*Frig. & hum.*	*Ne fac, ne medicare.*
17	♏	23	45	*Humida.*	*Eme beſtias.*
18	♐	6	37	*Sicca.*	*Ædifica, ſemina, planta, naviga.*
19	♐	19	29	*Humida*	*Sere, planta. fac iter, navem ne ingredere.*
20	♑	2	21	*Temper.*	*Venare, eme beſtias.*
21	♑	15	13	*Temper.*	*Funda.ædificia, ſ mina.*
22	♑	28	5	*Humida.*	*Me icare, nav ga.*
23	♒	10	27	*Temper.*	*Medicare, fac iter.*
24	♒	23	49	*Temper.*	*Sume medicinam, ne peregrinare, ſerere idcneum.*
25	♓	6	41	*Sicca.*	*Fac iter meridiem & occ:dentem verſus pro rixis max:- mè, & fundare etiam prodeſt.*
26	♓	19	43	*Sicca*	*Sume medicinam.*
27	♈	2	25	*Humida*	*P armacum ſume re naviga.*
8	♈	15	17	*Temper.*	*Semina proÿc e, non navigabis.*

FACIVNT NONNVLLI ASTRO-

logi tabulam talem ad electionem, quando Luna hæc ſigna perambulat, aut contingant boni aſpectus cum Luna bonorum Planetarum, cui tamen ego nihil aut valde parum tribuo: potiſsimum cùm nec ipſi inter ſe hic conveniant Aſtrologi.

	♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓
Peregrinari	med.	bon.	mal.	bon.	mal.	bon.	bon.	mal.	med.	bon.	med.	me
Mercari	bon.	bon.	bon.	mal.	bon.	b.n.	bon.	mal.	bon.	mal.	med.	bo
Contractus facere	mal.	bon	bon.	mal.	mal.	bon.	med.	mal.	med.	mal.	bon.	ma
Ædificare.	mal.	bon.	med.	mal.	bon.	bon.	mal.	mal.	med.	bon.	bon.	me
Immigrare novas ædes	mal.	b n.	med.	mal.	bon.	med.	med.	mal.	med.	mal.	bon.	me
Novas veſtes induere	bon.	mal.	mal	bon	mal.	med.	bon.	mal.	med.	bo .	med.	bo
Nubere:	mal	bon.	med.	mal.	med.	mal.	bon.	mal.	bon.	mal.	bon.	bo
Tondere capillos	mal.	bon.	med	mal.	med.	bon.	bon.	mal	bon	med.	bon.	ma
Nuntios mittere	bon.	mal.	bon.	bon.	mal.	bon.	bon.	mal.	med.	med.	mal.	me
Alchumiſticam exercere	bon	mal.	med.	mal.	bon.	med	mal.	med.	bon.	mal.	mal.	me
Venari.	med.	mal.	mal.	bon.	bon.	bon.	med.	med	bon.	med.	med.	bo

MODVS INSTITVENDARVM

electionum certis obſervationibus definitus.

Pto-

Ptolomæus in Centiloquio.

Tunc dierum prodeſt & horarum electio, cum tempus à geniturâ benè conſtitutum ſit. Si enim contrarium eſt, nequaquam profecerit, quamvis bonum fortaſsis exitum reſpexerit.

Electionem nominant Aſtrologi, obſervationem dierum vel horarum, pro ratione cujuſq; genituræ, ſi ea cognita ſit, & ratione motus cœli, ac ſiderum auſpicata ſit rebus gerendis, vel contra. Quare electio nihil aliud eſt quàm invenire tempus, in quo cœlum ita ſitum ſit, ut producere effectum deſideratum poſsit. Hoc autem obſervandum eſt in electionibus, quæ fiunt de venatione, piſcatione, aucupio, de plantatione & ſatione.

I. Vt ☽ ſit libera ab omnibus impedimentis, & fortis in ſigno conveniente rei propoſitæ, fixo vel mobili; mobilia enim & communia celeritati negotiorum conferunt, fixa ſtabilitati.

II. Vt ☽ ſit in fauſto aſpectu ejus Planetæ, qui habet ſignificationem rei.

III. Conſtituere convenit Planetam, electionem ſignificantem in tali domo, ut poſsit producere effectum optatum, ut Venerem pro nuptiis, Jovem pro divitiis, Et ut ſit conſtitutus in ſuis dignitatibus.

IV. Aſpiciendus eſt in omni electione aſcendens, ac Dominus ejus, quia ab aſcendente multæ res eligibiles perficiuntur, ut ſit de natura rei; pro rixis Martia ſigna eligenda, pro celeritate mobilia.

In electionibus autem, quorum nativitas extat, quibus ſolis ego vim tribuo, hæc obſervanda ſunt de Luna.

Cùm

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

1\. Cùm Luna tranſit locum ♃ ♀ partis fortunæ, & capitis Draconis in radice nativitatis, tunc eſt tempus felix ac fauſtum, & omnia opera, quæ eo tempore ſuſcipiuntur, proſperè ſuccedunt.

2\. Quando tranſit ſigna nativitatis, quæ à ♃ & ♀ amico radio aſpiciuntur, modò ſint in locis figuræ præcipuis, videlicet decima, undecima, prima.

3\. Quando Luna venit ad bonas configurationes ♃ & ♀, & aſcendentem & decimam domum nativitatis, ſi natus fuit maxima parte vitæ ſuæ fortunatus, tum erit electio illa etiam bona.

4\. Quâ die Luna locum ſuæ radicis aſpexerit, ſi fuerit tunc cum ſtella fortunante, eſt bona electio, & ſignificat negotiorum celeritatem. Erit etiam conveniens electio, quando eſt in ea ætate, in qua fuit naſcenti.

5\. Natus incipiat omnia ſua opera, quando aſcendit illud ſignum, quod ei naſcenti fuit in prima domo, vel in medio cœli, ſi eſt fortunatus: ſi infortunatus, tunc ſibi ab illo caveat.

Dies felices exiſtimantur Planetarum feliciter collocatorum in nativitate, ſic dies domini genituræ ſi eſt fortunatus, ſi etiam hora talium Planetarum.

Cave in omne electione, quando Luna tranſit locum ♄, aut ♂, aut ☋, nativitatis, aut malum aſpectum eorum, ſive cum illis configuratur.

Luna non ſit in aſcendente electionis, vel in 6, 7, 8, aut 12 nativitatis.

Horâ Eclipſis nihil eſt incipiendum.

Nonnulli volunt hunc diem etiam fortunatum, quando Luna tranſit locum profectionis partis fortunæ & ſecundæ domus.

Electiones juxta conjunctiones & aſpectus Lunæ cum locis Planetarum radicis.

J. S.

Si ☽ aſpectus trinus vel ſextilis tui propoſiti diei cum Saturno radicis conveniat, tunc cum Saturninis res tutò agas etiam vendendo & etiam emendo bona immobilia.

Si ☽ fuerit in quadrato, vel oppoſito Saturni radicis, cavebis.

Lunæ conjunctio & aſpectus tui diei cum Jove radicis, eſt dies fortunata communiter in omnibus rebus præſertim cum Jovialibus, & in rebus, in quibus Jupiter dominium habet, ut emendo, vendendo, & omnibus rebus ſubſtantiæ.

Lunæ ſextilis vel trinus tui temporis cum ♂ radicis affert fortunam & victoriam in lite, armis, equis, & omnibus, quæ ad rem bellicam ſpectant, emendo, præparando, & induendo, inimicis ſe obviam dando, bonum eſt agere res cum principibus, equeſtribus, & militibus.

Lunæ conjunctio & quadratus, vel oppoſitus cum Sole radicis nocet in omnibus, præſertim cum regibus, & principibus, ſed eorum trinus, & ſextilis ſunt fortunati cum illis.

Lunæ conjunctio & aſpectus tui temporis cum ♀ radicis dant fortunam cum mulieribus & virginibus, conducendo famulos, & famulas, nova veſtimenta induere bonum, & omnia quæ ad jucunditatem ſpectant tractanda & præſumenda.

Lunæ conjunctio & aſpectus tui temporis, cum ☿ radicis, bonum emere, & vendere: age tunc res tuas cum ſcribis, mercatoribus atque doctis, fac iter, ſcribe epiſtolas, mitte nuntios.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Luna cum pervenerit ad locum partis fortunæ radicis, vel ad ejus profectionem, vel ad ſecundæ domus profectionem, erit dies feliciſsimus emptionibus, & venditionibus, & omnibus actionibus ſubſtantiæ, & omnibus rebus.

Luna cum venerit ad locum capitis Draconis radicis, erit dies feliciſsimus in rebus dominorum, vel qui ſunt de natura ♃, & ♀. Si ad radicis ☋, infelix dies, ſicut ſi ad Saturnum, aut ♂ pertingeret.

Electio temporis accommodati peregrinationibus, & legationibus.

Hæ electiones ſine themate genituræ, aut revolutionis utiliter fieri non poſſunt, proinde eam diem, & horam eligas peregrinationibus ſuſcipiendis, quâ ☽, & aſcendens congruant cum radice nativitatis, aut revolutionis.

Nona, & tertia domus, atque harum domini ſint benè affecti.

Signa aquea navigationibus, fixa itineribus terreſtribus conveniunt, deinde negotiorum qualitates conſiderandæ ſunt.

1. Quando iter ſuſcipitur ad principes, decima domus nativitatis conſiſtat in aſcendente. Si negotiationum cauſa peregrinatio fuerit inſtituta, domus ſecunda radicis in aſcendente figuræ electionis conſtituatur.

2. Planetæ dominantes perſonis, ad quos ſuſcipitur legatio vel profectio ſint fortes & benè conſtituti.

3. Luna quæ propria ſignificatrix eſt itinerum, ſit fortunata, & libera ab aſpectu inimico maleficarum, beneficis configurata.

Malefici cadant ab angulis.

Poſtremò cum 8 domus figuræ electionis judex ſit corum,

eorum, quæ peregrinatori eventura ſuut, poſtquam ad deſtinatum locum pervenerit, ſeptima eorum, quæ in abitu, ſecunda eorum, quæ in reditu, juxta Ptolomæi ſententiam: Ergo hæc loca quoque erunt conſideranda, quorum conſtitutio ſi fuerit bona, & domini eorum benefici, vel benè affecti, omnia cedent ex animi ſententia & feliciter.

Quæ regiones magis conveniant nato, quæ adverſæ, ubi res ſuas gerat, vel habitet.

Regiones & civitates ſubjectæ ſignis 1. 10. 11. & 12. domorum radicis, ſi non fuerint à malis læſæ, commodæ ſunt nato.

Si verò impeditæ ſint à maleficis, mediocres: ideo ſi ſubſunt ſigno, quod tenet ♃ ♀ ☉ vel ☊ in radice, cùm à maleficis inimicis radiis vel aſpectibus non impediuntur, proſpera ſunt nato, ſi eadem ſigna occupent 1. 10. 11. & 12: quod ſi conſtituantur in occaſu aut imo cœli, ſignificat mediocritatem.

Adverſæ ſunt nato regiones & urbes, quæ ſubjectæ ſunt ſignis ♄ & ♂, vel ☋ in radice, præſertim ſi in 7. 4. 6. 8. aut 12 eadem ſigna conſtituantur.

Cùm autem notum ſit, quæ regiones Planetis & ſignis ſubjiciantur, Lector id alibi cognoſcere poteſt.

De navigatione.

Volens hîc omitto Arabum inanes diſputationes de navis fabricatione & deductione in aquas, atque hoc tantùm moneo, quod Pindarus inquit: Sapientis nautæ eſſe, triduò ante venturam tempeſtatem præſentire. Signa præſagientia tempeſtates, evidentia ſunt: Lunæ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

cum ♂ congreſſus vel cum ſtellis fixis ejus naturæ, item ortus & ocaſus Arcturi, Orionis, Hædorum, Canis, quæ ſidera quotannis ſtatas tempeſtates cient.

Similiter obſerva, frigida Saturni quò ſeſe ſtella recepte. Item an conjunctio vel oppoſitio Luminarium proxima tempeſtatem præſagiat.

Obſervandum eſt & illud, quod ex noſtris nautis, qui ex his oris in Pruſsiam, Livoniam, Ruſsiam, Scotiam, Angliam, Galliam, Hiſpaniam, Italiam, etiam Hyeme, navigant, ſæpius audivi. Illos longo navigationum uſu compertum habere, quod creberrimi & maximi marium motus ac tempeſtates accidant binis anni temporibus, quatuordecim nimirum diebus ante, & totidem poſt feſtum Paſchatis: Item quatuordecim diebus feſtum Michaelis proximè præcedentibus, & totidem ſequentibus: Quibus temporibus in portu nautæ ſe plærunque continent, nec lubenter ſolvunt, donec ea præteriere. Veteribus nautis ſuſpecti fuerunt hi dies, ut Februarii ſextus, 12, 15, 17, 19, 20. Martii primus, 7, 15, 17, 19, 25. Aprilis 5, 6, 7, 12, 20. Plinius & Gellius Halcyonum fæturâ mare ſterni ſcribunt, idq; ſeptem diebus ante brumam totidemque poſt, Sed in his arctois regionibus, propter mare tunc plerunque congelatum, animadverti vix poteſt. Eſtque Halcyon avis marina paulò major paſſere, colore cœruleo, viridi & ſubpurpureo mixto, in marinis ſcopulis altiſsimi maris nidificans.

Plantandi & ſeminandi, arbores inſerendi.

Idonea tempora à ☽ motu ſumuntur, quæ ſi benè in ♋, ♍, ♎, & ♑ conſtituatur, ſationibus apta eſt: Plantationi in ♉ & ♒.

Si ſeras in terram humidam aut ſemen humidum, aptius eſt hoc facere ☽ diminuta lumine, aucta commodior eſt aridis.

♄ cùm agriculturæ præſit, ejus poſitus debet eſſe in bono loco cœli, & cum bona configuratione Lunæ. In aſcendente ♉ ♋ ♍, ♎ ♒ & ♑.

Luna ſit ſupra terram.

Luna in Aquario cum bono aſpectu ♀ aut ♃, decernit tempus commodum pro arboribus ſerendis amputandiſque.

De venationibus.

Venationes tentandæ ſunt, quando Luna eſt in ♈, ♌, ♐. & ♃ ☌ ♋, & ♊. Omittendæ, quando in ♉ & ♑.

Piſcationes.

Fieri debent Luna creſcente in ♋, & ♓, & in medio cœli figuræ cœleſtis.

Commigrationes.

Et domorum mutationes fieri debent, creſcente lumine Lunâ in ſigno fixo, fortunis eam aſpicientibus ab aſcendente, vel 4, item ſecundâ domo ſalvâ, atque ejus domino ſupra terram, quartâ item ab infortunis, & ſignis incommodis liberá, præſertim ſcorpio.

Arborum cædendarum.

Idoneum tempus in genere eſt â Solſtitio æſtivo, uſq; ad brumam, vel Januarii Calendas, quod his menſibus ligna, areſcente, & pereunte humore, ſicciora, & ſolidiora fiant. In ſpecie verò à plenilunio in ultimam Quadram Luna infra Horizontem verſante cæſa materia ædificiorum, cariem non facilè ſentit, ut volunt. Ego judico, quò dies eſt brevior, eò minus radii Solaris; quo minus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

radii Solaris & Lunaris eò meliùs tempus cædendis lignis, his præſertim ſignis ♉ ♑ ♍ eſſe. Alii ſcribunt, materiam cæſam à 17, Decemb. uſque ad medium ferè Januarii, decreſcente Luna & ſub terra exiſtente, durare.

Ludendi idonea tempora.

In ludendo faciem tuam conferre debes, ad partem cœli amicam, & ut lunam reſpiciat. Oriens adjuvat Septentrionem, Occidens Meridiem.

In ſedendo, in domo, Hali partes domus Planetis attribuit, & illa loca fortunata eſſe affirmat, quod bonis Planetis ſubſunt & fortunatis.

Punctum Orientis ☉; reliquum uſq; ad Septentrionem ♃: punctum Septentrionis ☿; reliquum uſq; ad Occidentem ☽: punctum Occidentis ♄: reliquum uſque ad Meridiem ☊, punctum Meridiei ♂: reliquum uſq; ad Orientem ♀ poſsidet, ut ſequens figura utcunq; indicat.

Punctus orientis.



Punctus Occidentis.

Electio ſectionis venarum,

Hæc conſideratio neceſſarium uſum habet in medicationibus.

I. Conſiderentur hæc generalia: Ætas hominis, complexio, dies ſerena, anni tempus commodum, niſi neceſſitas urgeat ſectionem. In eo enim caſu prudentes medici electionem neceſsitati propter moræ periculum plerumque poſtponunt.

II. De

II. Deinde Lunæ configuratio cum Sole.

Juvenibus convenit creſcens Luna lumine.

Senibus, & ætate provectioribus decreſcens, vel diminuta lumine.

III. Signum quod Luna occupat pro ratione complexionis nati. Utile quoque & ſanguinem extrahere, cùm Luna perambulat eam quartam, quæ eſt vel ætati, vel complexioni illius, cui ſanguis extrahitur, ſimilis; ob id, & illud ſervatur.

Extrahitur ſanguis
- Purus oriente ſole.
- Cholericus in meridie.
- Melancholicus in occaſu Solis.
- Phlegmaticus in medio noctis.

Extrahendus eſt autẽ ſanguis.
- Cholericis, ab omnibus partibus corporis, Luna exiſtente in
  - ♋ præter pectus
  - ♏ præter pudenda
  - ♓ præter pedes
- Phlegmaticis, ab omnibus corporis, partibus Luna exiſtente in
  - ♈ præter caput,
  - ♐ præter coxas
  - Primis 15. gr.
- Melancholicis, ab omnibus partibus corporis, Luna exiſtente in
  - ♎ præter nates
  - ♒ præter crura

Modo ne ♄, vel ♂ in radice nativitatis ea ſigna occupent aut infeliciter aſpiciant.

Ne extrahas ſanguinem, dum Luna eſt in ♊, vel ♌, & ultima medietate Libræ, primiſque 12, gradibus Scorpii; nec non in ſignis terreis videlicet ♉, ♍, ♑.

EFFI-

EFFIGIES DEMONSTRANS QVÆ domus, & ſigna ſingulis partibus corporis humani dominentur.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Singulis Æquinoctiis & Solſtitiis quieſcendum per decem dies à ſanguinis miſsione, & omni purgatione: itemque in exortu Canis & Arcturi, in occaſu Plejadum, inq; Lunæ conjunctionibus & oppoſitionibus omnibus, niſi quid aliud valdè urgeat, quod contrà facere ſuadeat. Democritum dixiſſe ferunt & ſæpiſsimè probaſſe talem futuram hyemem, qualis fuerit brumæ dies, aut circa illum terni ante & poſt: Item, Solſtitio æſtatem.

Omnino autem ex ſententia Ptolomæi, in verbo 20 Centiloquii ſui, in loco ☽ cavendum eſt, ne membrū ſcalpello feriatur cujus membri ſignum, ☽ eo tempore occupat, ut paulò ſupra membra cuilibet ſigno ſubjecta annotata vides. Cùm enim ☽ totum corpus humectet, id membrum præcipuè humoribus implet, quod ei ſigno ſubjicitur, per quod tunc illa diſcurrit, ex cujus nimia humectatione magnum ei nocumentum afferri poteſt, ſi ferro tunc ictum fuerit.

IV. Luna libera ſit ab impedimentis maleficarum, & ad beneficos amico radio configurata.

Hæc etiam ſine nativitate nati cognita uſum habent, quod ſi conſtiterit tibi de ejus nativitate, diligenter inquire, quæ ſigna malefici occupent.

Nam ea incommodiſsima ſunt emiſsioni ſanguinis.

Deinde cave, ne eo momento aſcendat ſignum tale, quod in radice duodecimam, ſextam vel octavam domum occupet, aut in quo malefici verſabantur, aut ſuos radios hoſtiles ſparſerunt.

Tertiò, cave ne dominus aſcendentis ſigni tempore phlebotomiæ ſit in quarta cum Luna, aut cum domino octavæ configuratus. Malefici cadant ab angulis.

Poſtremò, ſeptima & ejus dominus non impediantur à maleficis. Nam hic locus Chirurgum ſignificat.

Conjunctio ☽ & ♃ ſimiliter & ♀ optimam faciunt miſsionem ſanguinis, modò Venus non ſit combuſta.

△ & ✶, ☉ & ♀ & ♃ vel ☽, ſectionem venæ utilem reddunt.

Similiter △ ☽ & ♂ vel eorum ſextilis, ſanguinis miſſionem non impedit.

Aſpectus ſectionem venæ impedientes.

☌☽ cum ☉ per tres dies antè & pòſt.
☌☽ cum ♄, ♂ per diem antè & pòſt.
☌☽ cum ♀, ☿ ſi fuerint combuſti.

☍☽ cum ☉, ♄, ♂ Per diem ante & pòſt.
□☽ & ☉ Per diem ante & pòſt.

Præcipuè cavendum eſt, ne ſit cauda nativitatis alicujus in aſcendente, cùm ſanguis minuitur: Multos in magna pericula incidiſſe memini, nonnullos etiam ex eo mortuos.

POTIONES AVT PILLVLÆ *quando ægrotantibus dandæ ſunt.*

I. Primùm ſi fieri poteſt, & niſi majora impediant pericula habenda erit ratio generalium temporum.

II. Vere corpora commodius purgantur, quàm in æſtate, aut hyeme, difficilius circa canis ortum, aut occaſum, item, frigidiſsimis aut calidiſsimis diebus.

III. Obſervanda erit ☽, quæ decreſcens lumine, & ab impedimentis maleficarum, aut conjunctione cum retrogrado

grado Planeta libera, commodior eſt purgandis humoribus, niſi prorſus Soli propinqua ſit; tunc enim prohibitum eſt ægrotis medicinam dare.

IV. Signum per quod ☽ decurrit.

Aquea autem, Cancer, Scorpius, ♓ maximè ſunt idonea ſubducendis pravis humoribus phlegmaticis, propterea quod ☽ humectatrix corporum in ſimilibus ſuæ naturæ ſignis vires ſuas magis exercens alvum etiam efficacius cieat.

Aërea ſigna, Gemini, Libra, & Aquarius, commodiora ſunt melancholicis humoribus purgandis.

Ex his tamen imbecilliora ſunt Cancer, & Gemini, quia præſunt ſuperioribus corporis partibus, & magis vomitum, quàm alvum movent.

Habenda erit etiam ratio configurationis reliquorum Planetarum cum Luna.

♄ & ♂ Lunam aſpicientes quoquo modo impediunt medicationes.

☉ & ♀ bono aſpectu cum Luna configurati juvant.

♃ autem, & ☽ conjunctio omninò hebetat vim purgationum, ita augens corporis vigorem, ut medicamentorum vis excocta parum poſsit.

Quod ſi horam ſumendis pharmacis aptam quoque eligere libet, cavebis ne aſcendant ſigna ruminantia ♈, ♉, ♑, aut ♌.

Item ſigna ſuperioribus partibus corporis dominantia, quæ impediunt, quò minus ſordes ad inferiora ferantur.

Aptiſsima ſunt aquea.

Dominus ſigni Horoſcopontis jungatur corpore, aut aſpectu Planetæ alicui ſub terra verſanti: Nam ſi jungatur ſtellæ quę ſupra terram feratur, excitatâ nauſeâ movet ſtomachum, quem motum ſubſequens vomitus purgationem ipſam impediet.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Si vis purgare Melancholiam, applicet ſe Luna ♃, excepta conjunctione.

Si Choleram, applicet ſe Luna Veneri.

Si Phlegma, applicet ſe ſoli aut Marti, radio Sextili, vel Trigono.

Ptolomæus Centiloquio 21. Cum Luna fuerit in Scorpione aut Piſcibus, Dominusque aſcendentis ſtellæ ſub terram poſitæ copulabitur, bonum eſt purgationibus uti. Si vero copulatur ſtellæ ſupra terram conſtitutæ, potionem, qui ſumpſerit, evomet.

ELECTIO CURATIONIS *certi alicujus membri affecti.*

Membrum affectum commodè confortatur, dùm ſignum, quod ei membro dominatur, à maleficorum præſentia, & eorum aſpectu inimico liberum eſt; & Luna non impedita per illud ſignum iter faciat beneficis conjunctā. Item Planeta benè affectus, qui dominatur illi membro.

Item, ſigno aſcendente horâ curationis benè à benignis affecto.

Quando autem Planetæ ingenituris ſignificaverint dolorem, habent in uno quoque ſigno membrum ſibi proprium: ut patet in hac tabula.

Dolores

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Dolores membrorum.

	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽
♈	*Pectus*	*Ventrem*	*Caput*	*Femora*	*Pedes*	*Crura*	*Genua*
♉	*Ventrem*	*D.rſum*	*Collum*	*Genua*	*Caput*	*Pedes*	*Crura*
♊	*Veutrem*	*Pudenda*	*Pectus*	*Cavillas*	*Collum*	*Caput*	*Femora*
♋	*Virilia*	*Femur*	*Pectus*	*Pedes*	*Brachia*	*Oculos*	*Caput*
♌	*Pudenda*	*Femur*	*Ventrem*	*Caput*	*Cor*	*Humeros*	*Collum*
♍	*Pedes*	*Genua*	*Ventrem*	*Collum*	*Ventrem*	*Cor*	*Humeros*
♎	*Genua*	*Oculos*	*Verenda*	*Humeros*	*Caput*	*Ventrem*	*Cor*
♏	*Cavillas*	*Pedes*	*Caput*	*Cor*	*Verenda*	*Dorſum*	*Ventrem*
♐	*Pedes*	*Crura*	*Manus*	*Ventrem*	*Femora*	*Verenda*	*Dorſum*
♑	*Caput*	*Genua*	*Crura*	*Dorſum*	*Femora*	*Verenda*	*Femora*
♒	*Caput*	*Humeros*	*Cor*	*Verenda*	*Genua*	*Femora*	*Verenda*
♓	*H.meros*	*Brachia*	*Ventrem*	*Femora*	*Collum*	*Crura*	*Femora*

De Electione Balnei,

Balnea aut munditiei, aut ſanitatis gratia adhibentur.

Quæ ad munditiem propriè ſpectant commodè fiunt eo tempore, quo ſanguinis miſsio eſt ſalutaris, & fauſta, ☽ videlicet in libra, aut piſcibus cum ♀, aut in ejus amico aſpectu verſante.

Quæ valetudinis cauſa adhibentur, variant pro ratione morbi, qui ſi humectationem deſiderat, ut in tabidis; ☽ ſit in aqueis ſignis, & in Jovis, ac Veneris benigno aſpectu. Sin deſiccationem; ut in Paralyticis, ☽ in ſignis igneis ♈, ♌, ♐, ac ☉, aut ♂, amica configuratione ſit conſtituta.

Ambo ſolſtitia & æquinoctia ægrotanribus ominoſa, ſi in ipſis incipiant, autumnale æquinoctium periculoſius.

De figura ſedecim laterum.

Eſt etiam obſervanda in cœlo, & Zodiaco figura 16. late-

laterum (quæ maximam habet cum aſpectibus cognationem, &ex his pendet) ac ☽ peragratio in ipſis angulis, ad ſciendos criticos dies in ægrotis, eo enim die quo ☽ benè affecta in eis angulis, benè agetur cum ægro.

Qui Ptolomæum ſequuntur, Zodiacum & totum cœlum in 16 æquales partes, ſive angulos dividunt, & unicuilibet parti 22 gradus cum 30 minutis attribuunt. Primum autem angulum inter initium morbi & primum indicativum appellant intercidentem; Et eſt quarta pars Quadrati continens gradus 22. ſc. 30.

Secundum angulum primæ criſis indicativum, & eſt dimidius quadratus, & continet gradus 45.

Tertium verò angulum, inter indicativum, & primam criſin rurſus intercidentem nominant.

Quartum autem angulum, qui & quadratus dicitur, ſecunda criſis eſt, ita igitur inter morbi initium, & ſecundum criticum angulum, intercidentes duo, & unus indicativus erit: tot itaque in unaquaque reliquarum trium quartarũ anguli numerantur, & ita conficiuntur 16 anguli.

Criſis eſt vehemens in morbis ad ſalutem, vel ad mortem mutatio.

Indicativus quod indicat, ſive judicat de futura criſi,

Quatuor ergo ſunt critici dies.

1. ☌. Primus criticus dies eſt morbi initium & vocatur ☌.

2. □. Secundus Quadratus ab initio morbi, & prima ☌ continet 90. gradus, fit plerumque ſeptima die.

3. ☍. Tertius ☍ continet 180 grad. fit 14. die.

4. □. Quartus iterum □ ab oppoſitione, & uſq; ad morbi initium fit plerumque 21 die.

Et cum ☽ iterum pervenit ad locum, in quo fuit initio morbi, fit criſis, & illa plerumq; accidit 27 die, & quarta unius parte, & tunc conficitur ☌.

Qua-

Quatuor ſunt indicativi intercidentes octo.

1. Indicativus fit plerumque die 4, & eſt dimidius Quadratus, continet gradus 45.

2. Secundus plerumque die 11.

3, Tertius die 17.

4. Quadratus die 24. Sed hæc omnia ſecundum ☽ celeritatem & tarditatem accipiantur.

Ad unumquemque autem ſedecim angulorum, ut intercidentes, indicativos criſes, ab uno ad alium ☽ pervenit intra duos dies, nec enim eos expoſcit.


In ſumma de diebus criticis hoc habe: Medici, Philoſophi, Aſtrologi concordi ſuffragio videntur, partus, animalium fœtus, arborum fructus, hominum, & pecudum humores, morborum variationes pro ratione Lunaris motus, & luminis augmento coaleſcere, maturare, & eniti, ac dies morborum criticos promoveri, niſi materiæ illius actioni ſubjectæ diſpoſitio obſtiterit, quæ has ☽, Solis, & aſtrorum omnium actiones nonnihil evariat.

Adjecta eſt tabula, ut præcedentia melius intelligi poſsint.

FIGVRA SEDECIM LATERUM ſecundum Ptolomæum.

Nam in 16 latera Zodiacus diviſus eſt.

Vnumquodq; latus continet 22. grad. 90. min. & Luna perve it ab uno latere, ad aliud duobus ferè diebus: & hæc latera compoſita ſunt ex quad atis, quia perfectus quadratus, qui eſt 90. grad. facit diem criticum. Dimidius quadratus, qui eſt gr. 45, facit indicativum. Deinde quarta pars quadrati, intercidentem, & ſic unumquodq; latus habet 22 grad. 30. ſcr. ut ex ſubjecta tabula videre licet;


PRIMVS CRITICVS DIES.
IV CRISIS.
QVARTVS CRITICVS FIT PLE
RVMQ; 20 DIE.
TERTIVS CRITIC9 FIT PLERVQ; 14 DIE.
SECVNDVS CRITIC9 FIT PLERVQ; 7 DIE.
I CRISIS.
II CRISIS.
III CRISIS.
1 Indica.
2 Indica.
3 Indica.
4 Indica.
2 Interc.
3 Interc.
4 Interci.
5 Interc.
6 Interci.
7 Interci.
8 Interc.

Ptolo-

Ptolomæus. Super ægrotis inſpice dies criticos, & figuram 16 laterum, Ubi enim eos angulos benè affectos inveneris, benè erit languenti: Contra male, ſi afflictos inveneris.

Notandum autem, quòd interlunio nata pleraq; imbecillia ſint, arida, exſuccaq;, & calorem non temperatum, nec blandum mitemq;, ſed acrem atq; excedentem adipiſcantur, membraque præcipua affecta habeant omnia. Luna namque creſcente humiditates & commoventur & affunduntur corporibus, quas eadem repetit & abſorbet marceſcens. Sic augeſcente liquores in plantis & animantibus exuberant. Pleno orbe fulgente vigent, deficiente minuuntur; interlunio arent.

DE PROGNOSTICIS ECLIPSIVM.

Experientia univerſalis teſtatur, Eclipſes regionibus damna, nec non hominibus incommoda plurima, principibuſque plerunq; mortem præſignificare, ſemperq; aliquid mali, quacunq; in cœli parte deprehendantur, quaſdam ſiccitatem multam, quaſdam ventos, alias terræ motus, alias ſterilitatem, denunciare.

Si Solis Eclipſis in florentem meſſem incidat, ſterilitatem affert.

Si luminarium deliquia celebrantur in ſignis, quibus humana figura tribuitur, eventus humanum genus invaſuros denunciant.

Si defectus magis ſunt in oriente, ſignificant adoleſcentiæ & fructibus detrimenta.

In medio cœli Regibus, & mediæ ætati.

In occaſu legum & religionis mutationes; & ſenectæ caſus ac neces.

Eclipſis Luminarium in trangularitate ſeu triplicitate ignea, denunciat armentorum pecudumque interitus, Magni Regis ſeu Principis exilia, carceres aut internecionem; inter plebeios & potentiores odia, mutuas ſimultates, diſsidia, magni exercitus motum, bella horrida, hominum ſtrages, incendia, furta, rapinas & depopulationes, prægnantium abortus, acutas febres, Epidimiam ob aëris putredinem & caumata, frugum ſterilitatem, & annonæ penuriam in regionibus præcipuè, quæ Eclipſis ſigno ſubjacent, excellentem mutationem.

In triplicitate terrea cùm acciderit Eclipſis alterutrius Luminaris, fructuum penuria, & præcipuè frugum ſatorumque continget, quippe quod ſpicifera, videlicet virgo, & arator Taurus, & inprimis Caper hujuſmodi fructus comedere & devaſtare conſueverunt.

In aërea humanaque triangularitate famem & atrociſsimas ægritudines morboſque peſtilentes, procelloſosque ventos ingerere conſueverunt miſeris mortalibus exitioſos.

In Cancro autem vel Scorpio aut Piſcibus aquea triplicitate, plebis & turba ignobilium interitum, diuturnaſque bellorum ſeditiones & aquatilium maritimorumque & æquore degentiũ pernitiem, ac pluvias multas adducunt.

In Eclipſis horâ ſi vis ſcire Planetam dominantem, nota aëris colorem, ut docet Ptolomæus ſecundo Quadripartiti. Nam ſi color aëris fuerit niger vel ſubviridis, dominatur ♄: ſi albidus ♃: ſi rubeus, ♂: ſi aureus vel citrinus, ♀: Si varii coloris, ☿:

Aliter

Aliter etiam cognoſci poteſt, videlicet per Planetæ dominantis in figura cognitionem, juxta ejus prærogativas.

Et hunc dominatorem diligenter obſerva, ac regiones & urbes in quibus ſignificationes cadant.

Nam non ſemper boni domini malitiam Eclipſium augent, ſed in melius mutant & etiam honores donant.

Quare deliquia luminarium ſunt cauſſæ bonorum peræque ac malorum effectuum, ſæpiùs tamen malorum, & tamen Luminarium, quod ad nos tranſit, affectus externa qualitate immutat ac concutit partes orbis, loco in quo eſt addictus.

De operationibus Eclipſium.

Quot horas durant Eclipſes Solis, tot annos etiam operantur, & quot Lunæ, tot menſes.

Solis Eclipſis non poteſt durare ultra duas horas & triginta minuta. Ergò effectus ultra duos annos cum dimidio non extenditur.

Lunæ defectus per tres horas & dimidiam ad ſummum durare poteſt. Quare cùm menſes deſignet, non poteſt diu producere calamitatem.

Exempli cauſſa.

Eclipſis Solis durat unam horam cum dimidia. Ergò ejus effectus erit unus annus cum dimidio, hoc eſt, 18. menſes.

Si Eclipſis Solis fuerit in oriente incipit peſtis in primis quatuor menſibus ſequentibus, deinde ſequentibus ſex erit validiſsima, poſt 12. mitigabitur paulatim.

Duratio in totum 22. menſis.

In medio cœli incipit tranſacto 4 menſe, uſque ad

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

octavum: per ſex ſequentes angebitur mediocriter, deinde ſequentibus ſex erit maxima.

Poſt iſtos ſex declinabit.

Duratio in totum 26 menſes.

In occidente incipit ab 8 menſe uſque ad 12 hor. per 12 ſequentes non erit valdè magna: in ultimis 6 menſibus erit maxima.

Duratio in totum 30 menſes:

Eclipſis Lunæ, quando fuerit maxima, & in occidente, non poteſt effectus extendere ultra 16 menſes, ſcilicet 12 dilationes & quatuor operationes: Et opinio Ptolomæi eſt, quod omnium Eclipſium effectus incipit intra primum annum ab horâ ejus.

Cautela.

Scito etiam, quod quando Sol vel Luna fuerit hyleg vel Alcochoden alicujus nati, & obſcurata fuerit, ſignificabunt ei, cujus fuerit hyleg vel Alcochoden, maximum vitæ periculum vel infirmitatem magnam, niſi fortuna aſpexerit.

DE COMETARVM *Prognoſticis.*

Hermes antiquiſsimus Aſtrologus, in Centil. 53 dicit. Fiunt in mundo multa incommoda, quando erit in uno menſe utriuſque luminaris Eclipſis & præcipuè in his locis, in quibus eſt ſignificatio illorum ſpecialis.

Hunc Aphoriſmum verum eſſe teſtatur annus 1556, nec non 1558. His annis habuimus Eclipſes in uno menſe amborum luminarium, & viſi ſunt etiam 2. Cometæ.

Fuerunt iſti anni & proximè ſequentes aliquot fatales

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

les Carolo V. Imperatori, hujuſq; ſororibus, Mariæ Ludovici Regis Ungariæ uxori, & Leonoræ Emanuelis Portugalliæ primum, poſteà Franciſci Galliarum Regis Conjugi: Mariæ item Reginæ Angliæ Philippi Hiſpaniarum Regis uxori: Reginæ Scotiæ ex Guiſiorum familia natæ: Chriſtiano III. Regi Daniæ: Itemq; Chriſtierno ſecundo, captivo, qui uxorem habuit ſororem Caroli Quinti & Ferdinandi Imperatorum: Henrico Regi Franciæ, qui in haſtiludio periit: Cardinali Polo, nato ex Margareta, Eduardi Quarti, Regis Angliæ nepoti: Antonio comiti de Schauwenburg, Electori Colonienſi: Friderico & Ottoni Palatinis Electoribus: Herculi Ferrarienſium Duci: Epiſcopo Herbipolenſi Melchiori Zobelo, à Grumbachianis per globum æneum ex inſidiis trajecto: Andreæ Doriæ: Herculi Ferrarienſium Duci & paulò poſt Paulo 4. Pontifici Maximo, ex Carafforum Comitum familià nato, aliiſq; viris illuſtribus quàmplurimis.

Magni prætereà bellorum motus, ſiccitas ingens, & multa incommoda alia Eclipſes iſtas inſecuta fuerunt; quæ omnia recenſere hujus non eſt loci: ſed qui ſcire voluerit, ex annalibus iſtorum temporum petat. Id tamen præterire nolui, Bajazetem & Selimum Solimanni filios inter ſe dimicaſſe, mutationem Religionis in Francia accidiſſe, Hiſpanos & Gallos non procul à Greflinga arma contuliſſe, Fridericum II. Regem Daniæ, ac Duces Holſatiæ Dithmarſiam ſubegiſſe, Muſcovitam quoque in Livonia tyrannidem exercuiſſe.

Ptolomæus in genere affirmat, decreta eorum eſſe Martialia & Mercurialia, hoc eſt omnia ſunt violenta, quæ inde oriuntur aut portenduntur. Omnia ſunt ſæva, exitialia, mortifera, cruenta, incerta, varia, mobilia, bellis æſtuantia, procelloſa, quæ quidem graviores habebunt

caſus, quo plus virium ſuarum, Cometis ſtella Martis communicat.

In ſpecie conſiderandus eſt locus cœli, in quo primum apparet, & quæ ſigna percurrat. Hinc ſignificationes hoc modo ratione ſignorum, exponunt Aſtrologi.

In Ariete Orientalibus gentibus & regionibus, imò etiam hominibus ſubjectis & conſtitutis ſub Ariete, mala, ſeditiones, & damna denunciari ſentiunt.

In Tauro vero Septentrionalibus & Occidentalibus.

In Geminis impuras inceſtasque libidines extimulari opinantur, & regiones labefactari.

In Cancro intentant peſtilentiam, & magnas rerum mutationes, juris oppreſsionem, & principum erga plebem indulgentiam docent.

In Leone infeſtas feras faciunt, & periculum frumento, ac fructiferis arboribus à vermibus & rubigine minantur.

In Virgine Regum ac Principum miniſtris ac familiaribus malum, carcereſq; & exilia decernunt.

In Libra Latrocinia & obſeſsiones viarum, ſolicitudinemque, & anxietatem mentium ſuſcitant.

In Scorpione, Violenta conſilia & ſuperba, diſsidia, proditiones & rebelliones.

In Sagittario, ſtudia & eruditionem vaſtam reddunt, artiumque cultoribus, Juriſconſultis etiam ſcribiſq; potiſsimum, contemptum, variaſq; adverſitates infligunt.

In Capricorno, inceſtam Venerem commovent & ſpargunt in meridionalibus plagis.

In Aquario Tumultus, cædeſq; ac populationes immittunt.

In Piſcibus lites, diſcordiamq; inter amicos, propinquoſq; ſerunt & bella inducunt. Solent etiam de ſignis regiones

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

giones notari, quæ unicuiq; eorum ſubjecta ſunt. Nec non hominum genituræ, aut alia, quæ cum ſignis Cometarum congruunt.

Adhæc illud eſt memorabile, quod dicit Ptolomæus Aphoriſmo Centiloquii 100. Cometæ quorum intercapedo eſt undecim ſignorum à Sole, ſi apparuerint in Cardinibus, regni alicujus Rex, aut ex principibus regni aliquis moriatur. Si in loco ſuccedente, bene ſe habebunt, quæ theſauri ejus ſunt, ſuum tamen gubernatorem mutabit. Quod ſi in loco declinante, morbi ac repentinæ mortes erunt. At ſi ab occaſu moventur ad ortum, externus hoſtis regiones incurſabit: Sin non moventur, provincialis hoſtis erit. Quomodo autem intelligendum ſit dictum illud, docet Pontanus, in Commentariis Sententiarum libro 2.

De Cauda porro ſive extremitate Cometarum affirmant Aſtrologi, quòd ſit veluti gnomon quidã ſeu index, ut in quam partem mundi vergat, ejus partis regionibus minitetur. Hunc motum etiam, nonnulli ita interpretantur, ut ſi ad Auſtrum tendant, pluvias ſignificent, Si ad Aquilonem, ſiccitates: Si ad Ortum, peſtem & maxima mala: Si ad Occidentem, optimam & temperatam anni conſtitutionem. Magnitudo denique ſignificat effectus futuri, vehementiam, aut remiſsionem, Magna enim mala à magnis, parva à parvis Cometis indicantur.

Cometa eſt exhalatio calida & ſicca pinguis & viſcoſa, virtute aſtrorum elevata ad aëris regionem, & ibidem incenſa, & cum aëre circulariter mota.

Vulgò tres ſpecies Cometarum recenſentur, & enumerantur; Videlicet, Caudatus, Barbatus & Crinitus: Quanquam ſunt & aliæ ſpecies à veteribus & recentioribus viſæ. Generantur plerumque in ſeptentrione.

Primis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Primis diebus, quando naſcuntur, plerunque pluvias excitant, deinde ſerenitatem.

Effectus Cometarum.

I. Cometa eſt ſignum magnæ caliditatis.

II. Effectus eſt ſterilitas terræ.

III. Cometæ portendunt peſtem animalibus, quia aër inficitur.

IV. Cometæ movent bella, ſeditiones, & tranſmutant imperia.

V. Cometæ portendunt interitum magnorum Regum & Principum. Memini Chriſtianum III. Regem Daniæ cùm paulò antè piiſsimum obitum Cometam videret, dixiſſe portendere iſtum Carolo V. Imperii mortem: Quod & factum eſt, Quemque idem Rex paulò poſt ex hac vita ſecutus.

VI. Graviſsimæ inundationes etiam oriuntur ex vi Cometarum.

VII. Cometæ deſignant terræ motus.

VIII. Cometæ portendunt atq; deſignant ventos.

IX. Solent Cometæ futurorum malorum magnâ ex parte eſſe prænuncii, & ſequentibus annis vaticinari horrenda.

Cum Cometæ in ſignis terreis apparent, ſterilitates portendunt ob ſiccitatem: Cum in aqueis, ob imbrium abundantiam, & ſterilitates & peſtes; In aêriis, ventos ac ſeditiones & peſtilentiam etiam, nec tamen ſemper: in igneis bella.

Quidam ſumunt Cometarum effectus à Planetis, quibus junguntur.

Si Saturno jungitur Cometa, erit mortalitas vehemens.

Si Jovi, omnia adverſa regibus, principibus, & ducibus minatur.

Si

Si Marti, rixarum & bellorum motus cum ſanguinis effuſione excitabit.

Si Veneri, aquarum paucitatem ſignificat.

Si Mercurio, morientur juvenes & ſapientes.

Si Lunæ, vulgus morietur.

Pulcrè ille cecinit de Cometis.

Portendunt belli motus, feraq; arma Cometæ
Magnatum, & clades populorum, & funera Regum.

Item:

Nec quiſquam vidit flagrantem impune Cometam,
Non leve venturum nunciat ille malum,

Et rurſum:

Certum eſt has cerni non ſine clade faces.

Cicero ex Arato:

At ſi contigerit plures ardere Cometas,
Invalidas ſegetes torrebit ſiccior aër,
Nam quæ prorumpunt naturæ legibus ultro
Spiramenta ſoli, ſi juſtus defuit humor,
Arida per cœlum ſurgentia, deſuper atra
Igneſcunt flammis, mundiq; impulſa calore
Excutiunt ſtellas, & crebro crine rubeſcunt.

SIGNIFICATIONES ECLIPSIUM ac Cometarum ſecundum nonnulla domicilia cœli in genituris hominum privatorum.

Si Eclipſis alterius Luminaris aut Cometa accidit in Horoſcopo genituræ aut annuæ converſionis, portendit nato malum in corpore, ejuſque vitali ſubſtantiâ.

Si in decimâ, nato damna in magiſterio, ſuiq; honoris detrimenta, quæ à Regibus ſeu principibus inferantur.

Si in ſecundâ, fortunarum jacturas, & nulla lucrorum præſidia.

In tertiâ, infert nato pericula in parvis itineribus, & infortunia fratribus & ſororibus, vel ægritudinem non ſpernendam.

In quartâ, patrimonii vel rerum ſtabilium detrimenta, & patri, ſi ſit, vitæ diſcrimina.

In quintâ, filiis infortunium vel ægrotationem.

In ſextâ, malam valetudinem, ex quadrupedibus parvis, aut ex ſervis & ancillis jacturam.

In ſeptimâ, uxoris aut concubinæ, aut hoſtis publici mortem: Et ſic de reliquis domibus.

Medium cœli pro fortunâ & honoribus: Aſcendens pro vitâ & corpore: Sol pro honore: Luna pro vitâ conſideratur.

Sic etiam ſi fuerint oppoſita aut quadrata: Sed minora afferunt damna.

Ab univerſalibus autem calamitatibus maxime affligentur illi, quorum in genituris præcipua loca luminarium & cardinum fuerint eadem, & in eadem parte cum loco conjunctionum, Eclipſium aut Cometarum.

Cautela & judicia nonnulla quæ ab ipſis conſtitutionibus generalibus deſumuntur.

Conſti-

Conſtitutio generalis cœli tantæ eſt facultatis aliquando, ut propriam cujuſque conſtitutionem ſuperet. Particulares enim cauſæ ab univerſali ſuperantur: ut fieri videmus, dum multa millia hominum una eademque hora intereunt, aut in uno conflictu occiduntur, quæ à natali conſtitutione pendere minimè credendum eſt, cum ſinguli diverſas geneſes habeant. Sic etiam homines, qui in eadem hora & eodem temporis momento ægrotare cœperunt, alii quidem convaleſcunt alii pereunt. Sciendum igitur eſt diverſificari virtutem operantis propter diverſitatem potentiæ recipientis. Sol lutum indurat, & ceram liquefacit. Alia eſt natura pueri, alia ſenis, alia viri, alia mulieris. Nec invenies duos adeo ſimilis complexionis, ut unus ab alterius complexione non differat. Videmus enim eodem tempore anni diverſos homines etiam diverſarum complexionum iiſdem morbis corripi, qui ſi propriis cauſis non proveniunt, generali cœlorum conſtitutioni id aſcribendum eſt, quæ ſua facultate hujuſmodi in ſingulis & omnibus hominibus producit diverſos morbos: tamen id fit pro eo atq; propria cujuſque conſtellatio vel generali adverſatur vel cum ea concordat. Nam ſi contrarietas fuerit inter propriam & generalem, parum vel nihil à generalibus influentiis quis damni patietur: Sin utriuſque eadem fuerit ſignificatio vel ſimilis effectum aſtrorum procul dubio non evadet, eoſdemque cum cæteris hominibus morbos Epidemicos ſentiet.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

De Prognoſticis Tempeſtatum, ventorum, pluviorum, nivis, frigoris, caloris tonitrui, fulminum, &c.

Obſervanda eſt Eudoxi regula, quam Plinius aliquoties allegat, qui longa obſervatione edoctus illud deprehendit, eaſdem prope in una, eademque regione tempeſtatum, ac ventorum vires, quadriennio exactè recurrere, cauſſam ſuperius attuli, quod plerunque ſingulis quatuor annis revolutiones redeunt ferè ad idem ſignum, & inde idem affectus.

Ventus eſt exhalatio calida, & ſicca in viſceribus terræ generata virtute Planetarum, & ſtellarum, elevata, non inflammata, quæ cum egreſſa lateraliter circa terram movetur, & ventus nominatur, ſic dictus, quod vehemens ſit, & violentus.

Vel ſic:

Ventus eſt vapor terreus, ſubtilis, & frigidus, aërem tranſcendens, & ipſum fortiter impellens.

Duodecim autem ſunt nomina ventorum, quibus veteres uſi, quorum quatuor cardinales, ſeu principales ſunt, reliqui omnes collaterales.

A ſummo Boreas, Notus imo ſpirat olympo,
Occaſum inſedit Zephyrus, venit Eurus ab ortu.

Vom Morgen der Oſtenwindt hergehet/
Vom Mittag der Sudenwind herwehet/
Vom Nidergang der Weſtenwind herbrauſet/
Vom Mitternacht der Nordwind herſauſet.

Vel:

Flat ſubſolanus, vulturnus, & Eurus ab ortu,

Circius

Circius occaſum Zephyrusq; Favonius afflant,
Et quod de medio Notus tenet Aphricus, Auſter,
Conveniunt Aquilo, Boreas, & Corus ab Arcto.

1. Cùm itaq; Auſter ſit primus ventorum Cardinalium, eſt meridionalis, calidus, & humidus, aſsimulatur aëri, ſanguineus, fulmineus, facit pluvias latiſsimas, largas, nutrit nubes, peſtilentiam, & ægritudines multas progenerat.

2. Secundus ventorum Cardinalium ſeptentrionalis, Auſtro oppoſitus, frigidus, & ſiccus melancholicus. Comparatur terræ, negat pluviam, conſervat ſanitatem, facit frigora arida, flores, & terræ fructus lædit.

Aquilo gelidus, & ſiccus, terreus ſine pluvia, lædit flores.

Circius terreus, frigidus, & ſiccus, facit ventorum gyros, nivium, & ventorum coagulationes.

3. Ab exortu flat ſubſolanus Cardinalis, igneus, cholericus, calidus & ſiccus, temperatus, ſuavis, purus, & ſubtilis, nutrit nubes, etiam corpora in ſanitate cuſtodit; flores producit.

Helleſpontius, vel ſolſtitialis æſtivus omnia deſiccat.

4. Poſtremò in æquatoris occaſu Favonius frigidus, & humidus, phlegmaticus, frigora relaxat, flores educit, morbos, pluvias, & tonitrua facit.

Eandem ferè collaterales ſcilicet Aphricus, & Corus naturam habent.

Cauſſæ ceſſationis ventorum triplices recenſeri poſsunt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Prima eſt æſtus Solis, & calor, quo vapor venti conſumitur.

Secunda frigus intenſum, quo pori terræ clauduntur, exhalatioq; exſpirare prohibetur.

Tertia imber, qui poros terræ replet, ſpiritumq; intus conceptum includit, & exhalationem ſurſum ductam ſine flatu deprimit. Plin. lib. 2. inquit: Sol & auget, & comprimit flatus, auget exoriens, occidenſque: comprimit meridianis æſtivis temporibus.

Medio diei, aut noctis, plerumque ſopiuntur venti, quia aut nimio frigore, aut æſtu ſolvuntur.

Venti maxime exſpectantur, quando nubibus diſcuſſis cœlum apparet.

Ventis nimiùm ſpirantibus, quando pluit, deſinunt & hi ſpirare, cauſa eſt, quòd aqua pluviæ foramina terræ obſtruat, ne exhalationes illæ, ex quibus ventus augetur, exeant, & ſic deſtituantur materiâ.

Veteres, ut diximus, ut conſtat ex Ariſtotele, Gellio, Macrobio, duodecim ventos obſervarunt.

Novitii autem in triginta duas partes diſtinguunt, quorum quatuor tantum, qui cardines obtinent, cum veterum deſcriptione congruunt.

Subſolanus, Favonius, Septentrio, Auſter, hi in quatuor quadrantes totum orbem ſecant, ac deinceps inter hos, octo medios, æquis intervallis diſtinguunt, nominantque nominibus compoſitis ex quatuor præcipuis ventorum nominibus dictis,

Nomi-

Nomina latina & germanica Ventorum.


1	*Septentrio*	Norden		9	*Notus*	Suden
2	*Thracias*	Norden zu Weſt		10	*Auſter*	Sud zu Oſten
3	*Gallicus*	Nordt Nordweſt		11	*Gangeticus*	Sud zu Oſten.
4	*Circius*	Nordweſt zu Norden	Oppo-	12	*Euronotus*	Sud oſt zu Suden
5	*Favonius*	Nordweſt	ſiti	13	*Euroauſter*	Sud oſt
6	*Zephyrus*	Nordweſt zu Weſt		14	*Eurus*	Sud oſt zu Oſt
7	*Hybernus*	Weſt Nordweſt		15	*Græcus*	Oſt ſudoſt
8	*Syrochus*	Weſt zu Norden		16	*Levans*	Oſten zu ſuden

17	*Subſolanus*	Oſten		25	*Ponens*	Weſten
18	*Cæcias*	Oſten zum Norden		26	*Africus*	Weſt zu ſuden
19	*Aſiaticus*	Oſt nord oſt		27	*Hipodromus*	Weſt ſudweſt
20	*Vulturnus*	Nord oſt zu oſten	Oppo-	28	*Libo*	Sudweſt zu Weſt
21	*Aquilo*	Nord oſt	ſiti.	29	*Auſtroafricus*	Sudweſt
22	*Boreas*	Nordt oſt zu Norden		30	*Libonotus*	Sudweſt zu ſuden
23	*Scythicus*	Nord nord oſt		31	*Arabstro*	Sud ſudweſt
24	*Hyparctius*	Nord zum oſten		32	*Melioras*	Sud zu Weſten

Sequens

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Sequens figura hæc melius declarabit.



Venti Septentrionales in his locis ſunt frequentiſsimi,

propter

propter utrumque mare tàm orientale, quàm occidentale circumfluens peninſulam Cimbricam.

Boreas

Horrida tu Boreas immitis frigora terris,
Te namq; eſt glacies flante, caduntq; nives.

Venti in magno æſtu, ac frigore pauci ſpirant, quia in illo, exhalatio ventorum pabulum à Sole depaſcitur, in hoc verò tellus gelu conſtricta ventis pabulum denegat.

Calidiſsimis, & fridiſsimis temporibus rari ſunt venti, ac lenes, ſic in meridie, ac media nocte.

Sopiuntur venti imbribus.

Exoriens Sol, vel occidens excitat ventos.

Hyeme venti circa auroram ſpirant, æſtate circa occaſum: Hyeme à parte orientali, æſtate à parte occidentali.

Veſperi magna ex parte, & mane venti ſpirare ſolent: In meridie ob majorem Solis caliditatem ceſſant: In media nocte propter maximam frigiditatem extinguuntur.

Cum ab aurora flare incipiunt venti, magis ſunt durabiles.

Auſter non incipiens, ſed deſinens imbrem affert.

Venti omnes validi refrigerant ac exſiccant, ac ſerenitatem pariunt: Imbecilles calefaciunt & humectant, ac pluvias gignunt.

Diuturniores & fortiores venti fiunt, qui incipiunt de die, quàm qui de nocte.

Venti Orientales ſunt ſicci, propter vaporum combuſtionem à Sole factam, ideò ſiccitatem producunt.

Occidentales venti humectant, propter vapores craſſos, relictos à Sole nocturno tempore.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Fructificat ventus naſcentia, temperat æſtum,
Ventorum flatus vi regit ipſe Deus.

Signa ventoſa ſunt.

♊, ♎, ♒, ♐, & ♓.

Humida & pluvioſa:

♋, ♌, & ♒, his adduntur, ♐, & ♊, quidam etiam annumerant ad pluvioſa ♑, & ♉.

Plerumque ventorum prælia excitantur, quando Luna tranſit hæc ſigna, aut aliquis ſtellarum errantium incidit in ea congreſſus.

Potiſsima Lunæ vis in ♉, & ♋, quæ ſidera permeans, niſi fortes admodum validæque reſiſtant cauſæ, educit, cogit, ac denſat nubes.

Manſiones Lunæ etiam ſunt obſervandæ, an ſint temperatæ, aut humidæ, præſertim in puncto conjunctionis, aut ☍, aut aſpectu □, & cui Planetæ primum jungitur.

Conſideranda eſt etiam tabula aſpectuum Planetarum ad invicem.

TABULA ASPECTUUM LUNÆ *cum Planetis, ac etiam Planetarum inter ſe, pro mutationibus aëris indicandis.*

Ingredimur tabulam cum conjunct: oppoſit: quadrat: Planetarum.

J S.

☽	♀	☿	☼	♂	♃	
Turb. humid. hum. tem. Cal. Neb. pruina. Nub. Nix.	Venti, pluv. Venti, & im. Venti Nub.	Pluv. & frig Pluv. ſubdita, Pluv. frig. Plu. aut Nix.	Pluv frig. Grand. tonit. Pluv. frig Nix, vel Nub.	Plu. vel. ton. Ton. grandes niv. vel turb. Remiß frig.	Turb. vel hu. Grand. tonit. Vent & plu. Turb.	Veris. Æſtatis. Autumni, Hyemis.
Aeris temperiem.	Ventos magnos.	Temperiem.	Ventos Toni. fulm. Ventos Remiß. frig.	Turb. vent. Ton. tempeſt. Turb, vent. Remiß. frig.	Veris. Æſtatis. Antumni. Hyemis.	
minuit frigi. et hum. in fig. Cal. tonit, & ful. in æſtat.	Ventos aliquando nubiferos in æſta tonit.	Pluviam Imbrem. Pluviam remiß humid.	Venti ſicci. Ton. fulm. Venti ſicci. Remiß. frig.	Veris. Æſtatis. Autumni. Hyemis.		
Alterat aërem pro natura temporis.	Venti aliquādo cū hū. præſert. in vent. rei aquo. p'u.	Pluv. Ton. Imbrem: Pluviam humiditatem.	Veris. Æſtatis. Autumni. Hyemis.			
Hum. vel nube, Rem. Cal. Neb. Turb. vel Nix	Ventos humidos vel ſaltem nub.	Veris. Æſtatis. Autumni. Hyemis.				
Aliquando ventos nubiferos.	Veris Æſtatis Autumni, Hyemis.					

Exemplum præſcriptæ tabulæ uſum præſtans:

 Sit

Sit aêris mutatio, quam producit ☌, ♄ & ☌, invenienda: Perquiras ☌ in fronte tabellæ, & in latere ſiniſtro invenias ♄, è cujus directo ſub columnula ☌, invenies mutationem aêris, quatuor anni temporibus inſervientem. Nam invenies hæc ſcripta (pluv:vel ton:) pro vere, (ut in ultima cellula, ex hujus lineæ directo apparet) qua ſignificat futura eſſe tonitrua, & pluvias: Sic in 2, 3, & 4 linea, pro æſtate, autumno, & hyeme: Sed nota aliquando in aliqua cellula anguli communis, unum tantùm aêris mutationem adnotatam invenies, quæ omnibus anni temporibus inſervit, tâm hyemis, & æſtatis, quàm veris, & autumni. Præterea ſi angulum communem primò ingreſſu non invenies, mutandi ſunt termini: Planetam nempe, quem in fronte quæſiviſti, cum in latere ſiniſtro perquiras, & quem in latere ſiniſtro perquirebas, vice mutata in fronte tabellæ diſquirito, & ſic in area tabulæ, mutationem quæſitam invenies.

Pro aêris mutatione. per totum annum.

Inſpice figuram quando Sol ingreditur primum punctum arietis.

Pro parte quarta anni.

Ut pro æſtate, quando in primum punctum ♋, ſic etiam pro reliquis partibus.

Pro ſingulis menſibus.

♃, ſive ☍, ☼, & ☽.

Apertio magnarum valvarum fit,

quando

☾ deſcendit à ☌, □ & ☍ [☼ ♃ ♂] & vadit ad [♄ ☿ ♀] & econtrà.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Fit autem apertio portarum cum accidit.

☌, □, & ☍ {☽ ☉} cum {♄}
{♃ ♂} cum {☿ ♀}

♂ & ☉☌, in ſigno duplici tempore veris, facit tenebroſum aërem & infirmitates.

♀ in ♒ facit pluvias.

♄☌ ☉ frigus parit, nebulas, & grandines.

Notabis tamen, quod Planeta, cui ☽ jungitur, vel valido aſpectu ſociatur, dicitur aperire portam ſuper illum, cui ſecundo jungitur aut ſociatur.

Apertio.

♀ ſuper ♂ pluvias, aut nives in hyeme.

♂ ſuper ♀ ventos.

☉ ſuper ♄ tenebras.

☿ ſuper ♃ ventorum pugnam aëris, & pluvias.

Temperies aëris fit ex conjunctione ♃, & ☉, præſertim in aëreis ſignis.

Obſervatum eſt etiam, aëris temperiem fieri, quando ☽, per ♈, vel ♎ decurrit, ſi non erit impedita ab aliis Planetis.

☌♃, & ♀, placidum aërem efficiunt,

☿ Cancrum ingrediens ſerenat aërem.

Trajectiones, ac jaculationes ſtellarum, aëris ſiccitatem indicant, quæ ſi ad unam partem ferantur, ab angulo illo ventum indicant, ſi in diverſas partes feruntur, inundationes, ac aëris turbationes minantur, & exercituum incurſiones.

Luna cardines tranſeunte, ventorum accidunt mutationes, quas ipſa à medio Solis itinere deflectens efficit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Pontanus.

Ventorum quoque certa dabunt tibi ſigna Cometæ.

Lunam in his ſignorum gradibus facere pluvias volunt	♉	3	21	♋
	♌	20	21	♒
	♍	4	18	♐
	♎	21	23	25

Ventos prænunciat mare undis exæſtuans, & in littoribus valdè reſonans.

Idem faciunt montium juga pura exiſtentia.

Quocunq; etiam ſtellæ delabentes vergunt, eò ventum exſpectandum ſignificant.

Ex Ptolomæo, Cardano, & aliis.

Si vis pro die ſcire naturam aeris, inſpice Solem orientem, pro nocte Solem occidentem.

Si igitur pura luce, & expers caliginis, & varietatis nubium Sol oritur, vel occidit, ſerenam tempeſtatem pollicetur.

Radii verò, & nubes ſubrubræ, ſive in rectum, ſive in ſeſe retortæ, ſignificant ventos ex ea parte, in qua talia apparent: nigra, & obſcura imbres & hyemes.

Nubes in quibuſcunque finibus conſpectæ, ac ſimiles floccis lanæ, nonnunquam hyemes afferunt, ſic etiam ſi per totas nubes Sol longos extenderit radios.

Eſt autem nubes vapor calidus & denſus, ſublatus virtute Solis & ſiderum in mediam aeris regionem, in qua conſtringitur & congelatur ejus frigiditate in unam molē, quæ tandem reſoluta gignit, aut pluvias aut ventos.

Hæc autem ſterilis eſt, quæ ex ſiccioribus vaporibus orta in pluviam non reſolvitur ſed tandem ventorum flatu vel virtute corporum cœleſtium in aerem convertitur.

Fertilis eſt quæ ex humidioribus vaporibus nata in pluvias tandem reſolvitur quibus terra rigatur & fœcundatur,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

datur, ſuſpenduntur autem nubes colore Solis eas attrahente.

Motu ventorum in diverſas partes huc illuc agitantur.

Colores nubium oriuntur à diverſitate materiæ in nubem concretæ, & à radiis Solis Lunæ vel aliarum ſtellarum quibus diverſimodè illuſtrantur.

Sunt autem præcipue quatuor Niger, Albus, Rubeus & Viridis.

Iris quocunque tempore conſtiterit, ſi ſerenum ſit, hyems: ſi hyems, ſerenitas exſpectanda erit.

Dupla autem apparens pluviam præſagit.

Verſicolor cœli ſpectatur nubibus Iris,

Cum phœbus radios nube repreſſus agit.

Iris eſt arcus varicolor in nube concava rara & inæquali, è radiorum oppoſiti ſolis reflexione formatus.

Si enim nubes in guttas reſolvi incipit, radii in eas ceu in ſpeculam incidentes ſua refractione circularem figuram ejuſmodi efficiunt, eò major autem Iris eſt, quò propinquior Sol fuerit Horizonti. Si plures videantur Irides poſteriores fiunt è reſplendeſcentia prioris. Ideoque ſunt obſcuriores. Colores proinde Iridis ſunt, Puniceus, viridis, cæruleus, & igneus ſive flavus.

Stellæ cum ſplendidiores, grandioreſq; ſolito apparent, quacunq; in cœli plaga luxerint, ab illa ventos concitabunt.

Sol ſero rubens ſerenitatem aëris indicat. Manè ſi rubet, veſpertinas pluvias inſinuat.

Schön Abendröth / des Morgens gut Wetter thut/
Morgenröth des Abends Wind oder Waſſer bringt.

Serò rubens cœlum, cras indicat eſſe ſerenum,

Sed ſi manè rubet, venturos indicat imbres.

Matu-

Matutina rubedo pluviæ, veſpertina ſerenitatis eſt nuncia, ut Matthæi XVI. CHRISTUS ipſe de hac rubedine monet.

DE PROGNOSTICIS ex Luna.

Luna ſi tertia die poſt conjunctionem, aut oppoſitionem, aut in ipſa quadratura, tenui, puraque luce fulſerit, ſtabilem ſerenitatem ſpondet.

Si autem nigra fuerit, pluvias portendere dicitur, ac hiemem minatur.

Virgilius 1. *Georg.*

At ſi virgineum ſuffuderit ore ruborem,
Ventus erit, vento ſemper rubet aurea Phœbe.

ALIUD.

Pallida Luna pluit, rubicunda flat, alba ſerenat.

Vel:

Luna rubens ſpirat, pallens pluit, alba ſerenat.

Obſervandæ ſunt & areæ, quæ Lunam aliquando circumdant, nam ſi una fuerit, & pura paulatimque marceſcens evanuerit, ſerenitatem: ſin duæ aut tres, hyemes ſignificant: denique quod plures, & majores fuerint areæ, eò aſperiores ventos portendunt.

Cum Luna

Pura, nec obtuſis per cœlum cornibus ibit

Totus

Totus & ille dies & qui naſcentur ab illo
Exactum ad menſem, pluvia, ventisq; carebunt.

Alia nonnulla experimenta, quibus ventura pluvia deprehenditur.

Nebulæ ima potiûs, quam juga montium obſidentes, in mediis campis humiles proſtratæ ſerenitatem, ad cœlum verò aſcendentes pluviam deſignant.

Germani dicunt:

Zeuget der Nebel auff/ vnd ſchlegt nicht nider/
So kömpt er mit Regen gewiſſe wider.

Eſt autem nebula ſive caligo ſterilis quidem vapor, id eſt, non ſatis humidus, ut ex eo poſsit aqua generari, neq; ſatis calidus, ut poſsit ſurſum elevari, pendens juxta terram. Quod autem vapor nebularum aſcendens pluvias gignit, ratio eſt quod greſsitudine ſua in nubem convertitur. Deſcendens autem ſerenitatem affert, ideo quod materia à Sole diſsipatur, aut paulatim abſumetur inque aërem reſolvitur.

Calor æſtate, vere, & autumno homines, & jumenta ſolito acrius infeſtans pluvias deſignat.

Germani:

Die Sonne ſticht nach einem Regen.

Oſſa aliquandò luxata, fracta vel læſa, ſolito acrius fatigantia, vel dolentia, tempeſtates deſignant.

Si muſcæ, vel pulices ſolito inſenſius homines, ac jumenta vellicant, brevi venturas pluvias nunciant.

Die Mücken ſtechen ſehr/
Es wird bald regnen mehr.

Gallinæ domeſticæ, pulvere ſe opplentes, & clamantes: Pavones vociferantes, & hirundines garrientes circa paludes, & prope terram volantes, piſces ſaltantes, & ludentes in aqua, ſues grunnientes, & domum currentes, imbrem indicant. Item, canes terram effodientes. Item, Corvi ingrato ſtrepitu crocitantes, Cornicis aſsiduus garritus, Gruum altiſsimus volatus, Balneum maritimarum, aut lacuſtrium avium, canes gramina eſitantes, catus ſeu felis diutiùs ſe ornans, & comens, Ranarum coaxatio, pulicum morſus acriores, Fumi in caminis repreſsio. Noctuam, ſi ſereno cantat, aëris intemperiem: ſi tempeſtate occinit, ſerenitatem indicare volunt: Boves ſe olfactantes, ſeque lambentes contra pilum, tempeſtatem præſagiunt.

Si Regulus in tectis domorum aut cacuminibus arborum cantillans, ſerenum: ſubter ſepes autem pluvium cœlum præſagit.

Eſt & futuræ pluviæ indicium, quando herbæ ac flores in hortis ac pratis fragrantiorem ſolito odorem exhalant. Obſervatum eſt à Ruſticis, Gallinas, quando per totum diem erunt pluviæ, cibum colligere in aperto fimo & area: Si autem pluvia per horam unam aut alteram ſaltem duratura eſt, aut citò abitura, in domos aut ſub tecta ſe conferre.

In aurora, & ſub veſpertinum crepuſculum frigus eſt infenſius nobis, quàm circa meridiem, ob radiorum Solis obliquitatem.

Durante maximo frigore, ita ut aquæ ſint congelatæ, ſi tunc ædificiorum parietes, ex coctis lapidibus extructi

ſtructi ſudorem, aut humorem emittunt, eſt ſignum venturæ nivis, aut mutationis frigoris & pluviarum.

Wenn außſchlahn die Wende/
So hat der froſt ein ende/

De tonitruum Prognoſticis.

Definitiones tonitrui, coruſcationis ac fulminis ſuprà in Julio poſitæ ſunt. Eſt autem horum cauſſa finalis.

1. Primùm, quòd per tonitrua aër purgatur, & mali vapores conſumuntur, ſæpè etiam peſtis contagia fugantur & diſsipantur.

2. Secundò, cum tonitrua plerunq; imbres ſecum afferant, terra fœcundatur.

3. Tertiò, tonat Deus in nubibus, ut homines, ad timorem, erga ipſum, excitentur, Pſal. 104. A voce tonitrui tui formidabunt.

4. Quartò, ut perdantur ſcelerati, obſtinati,& impœnitentes, quemadmodum cecinit Naſo:

Si, quoties peccant homines, ſua fulmina mittat
Juppiter, exiguo tempore inermis erit.

Prædictiones de coloribus nubium, in tonitruis,

1. Nubes per tonitrua albicans, nihil aut minimum eſt timenda. Exhalationem enim debilem eſſe ſignificat, & magnam vaporum redundantiam.

2. Nubes per tonitrua admodum nigricans, ſpiſsitudine ſua halitus fortiter comprimens, ſonum perhorrendum facilè emittit, inprimis cum internus fumus copioſus & denſior, non ſine magna contumacia divelli poteſt.

3. Nubes ex nigro rubeſcens, validiorem ictum incutit, quàm nigra. Eſt enim valdè denſa, & multum habet ignei vaporis.

4\. Nubes cum nigro rubore vireſcens, omnium peſſima eſt, & mirum in modum formidanda, ſi ſuper civitatem aut domum aliquam, perpendiculariter conſiſtat. Ob ruborem, multos habet igneos halitus: ob nigredinem, vaporem copioſum condenſatum: ob viredinem aquam ingentem. Ex his inſignis velitatio in aëre eſt exſpectanda.

Nubes eadem enormem grandinem, & prodigioſorum lapidum fulmina ſæpè effundit, non ſine hominum, pecorum, urbium, & rerum aliarum gravißima jactura.

Ante & poſt tonitrua, venti validi exoriuntur, quia exhalationis calidior & ſiccior pars, à nube frigida circumſtante comprimitur, quæ propter ſuam ſiccitatem, nubem penetrans & egrediens, aërem movet, & ventum excitat. Sic poſt fractam nubem, & halituum in aëre agitationem, magno impetu ventos commoveri experientia docet.

Tonitrua creberrima, peſtem gravißimam & luem minitantur hominibus, pecori & ſatis, quibus veſcimur. Quia halitus putres, craſsi & viſcoſi, cum vapore & exhalatione ſublati, infimum aëris tractum corrumpentes, refunduntur, & aërem inficiunt.

Tonitrua illa prodigioſa ſunt, quæ ultra horæ metam, extenduntur; Regioni enim, in qua accidunt, bella & ſeditiones, ex pluribus & maximam deſolationem futuram eſſe denunciant. Conſtat etiam experientia, tonitru vehementer crepitante, & fulmine, noxam inferri rei penuariæ, celliſq; vinariis.

Hermes, cæleſtium rerum obſervator, tradit:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Januarii tonitrua, ventos validos,& frugum abundantiam promittere:
Februarii, mortem multorum, & maximè divitum.
Martii, ventos validos, fertilitatem & popularia bella.
Aprilis, bonum & jucundum annum.
Maji, famem & inopiam.
Junii, frugum & annonæ copiam.
Julii, bonam & utilem annonam, ſed pomiferarum arborum detrimentum.
Auguſti, Reipublicæ proſperum ſtatum, ſed ægritudines multas.
Septembris, fertilitatem, ſed potentium cædes.
Octobris, ventos validos, cum annonæ & fructuum inopia.
Novembris, frumenti largum proventum, ac hominum hilaritatem.
Decembris, annonæ abundantiam, & in populo concordiam.

De prædictionibus fulminum.

Fulmina, in hyeme, rara nobis eſſe ſolent. Pauca enim tunc exhalatio coacta & obſeſſa, in nube, calorem exiguum continet, & vi frigoris ſubitò extinguitur.

Deinde omnis terrarum halitus eſt rigens & gelidus.

A fulmine homo aut jumentum ita interficitur, ut nullum veſtigium plagæ aut vulneris appareat. Vaporis enim accenſi impetus & ſubtilitas momento penetrat, per cutem & carnem perſpirabilem, & vitalia membra peſtifero veneno afflat ac interficit. Et omnia quidem animalia fulmine tacta ſtatim pereunt, excepto homine, qui interdum vitam retinet, hunc natura tribuente honorem, cum tot beluæ viribus præſtent.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Fulmine argentum conficitur integro marſupio, & gladius illæſa vagina: Cauſa eſt, quòd hæc corpora ſunt, poroſa, quæ tranſitum facilè præbent valido & ſubtili ſpiritui fulmineo, in quo vis feriendi, dura ac reſiſtentia comminuit: vis adurendi, liquefacit.

Fulmina plerumq; editiſsima quæq; loca, templa, turres, & inter arbores, quercum omnium maximè, feriunt, & montes. Unde Horatius cecinit:

Feriuntq; ſummos fulmina montes.

Retia in aquis jacentia aduri poſſunt, à fulmine, propter flammam ejus ſulphuream, ac multùm viſcoſam, quæ in aquam illapſa, ac nacta materiam opportunam, facilè ardere poteſt. Quemadmodum & fulmen dolium comminuit aut comburit, ſtante aliquandiu vino, ac ſi eſſet coagulatum: Viſcoſitas enim, ac ſulphurea ſubſtantia fulminis penetrando, in totam ſubſtantiam vini, ſpargitur, & per calorem, quicquid tenax eſt, in vini extremitatem expellitur, ac reſiccatum, & veluti recoctum, ab igneo fulminis ſpiritu, cutem quandam efficit, quæ vinum, veluti corio circumpoſito, brevi temporis momento effluere prohibet.

De fulmine ſic canit Virgilius:

Sæpè malum hoc nobis, ſi mens non læva fuiſſet,
De cælo tactas memini prædicere quercus.

Non feriuntur fulmine: Laurus, Vitulus marinus, & Aquila propter raram teneramque materiam, quam fulmen penetrando facilimè intactam relinquit.

Remedio ſunt, adverſus fulmina, loca ſubterranea, ac ſpecus altiores. Nam profundius quinque pedibus terram ſubintrare non poſſe, tradunt.

Pro-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Propter̃eà, in abditum,& altè concameratum locum, Auguſtum Cæſarem, per tonitrua, ſæpènumero ſe receppiſſe, hiſtoriis multis proditum eſt.

Utendum eſt etiam, contra fulmina, bombardarum crepitu, & campanarum pulſu. Soni enim natura ſunt penetrabiles,& nubes, ob eſſentiæ tenuitatem, feſtinanter abigunt: Aër impellitur, & propter aêris ſuccisſivam expulſione multiplicationem, ad tonantem uſque nubem ſenſim defertur, & vim infringit.

DE MAGNIS CONIVNCTIO-nibus Planetarum.

Conſenſum cœli cum hiſce ſublunaribus, magna ex parte in mutuis Planetarum conjunctionibus apparere, & elucere ſolers obſervavit antiquitas, in quibus cûm ponerent rerum omnium generationes, corruptiones, & quaſvis mutationes, ſtudioſè conjunctionum illarum numerum definiverunt.

Cùm enim ſeptem eſſent Planetæ, ac binorum quidem & quinorum numerari poſſent conjunctiones 21, ternorum item & quaternorum ſigillatim 35: ſenorum verò 7, addita proinde una illa, quæ ſimul omnes complectitur, eleganter 120 in univerſum conjunctiones eſſe ſtatuerunt.

Etſi autem eas in alia atque alia ſigna modò trigonis, modò □ diſtantia variè retulerint, præ omnibus tamen in rerum mundanarum periodis, ac mutationibus, duorum ſuperiorum ♄, & ♃ periodi, ac conjunctiones à veteribus obſervatæ deprehenduntur.

Ac harum quidem aliæ ſpeciales, aliæ trigonales, aliæ demum totales, quæ minorum, magnarum, & maximarum conjunctionum nomen quoque ſortiuntur.

Specia-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Specialis ac ſimpex ♄, Joviſque conjunctio, quæ minor eſt, periodo annorum ferè 20 continetur: quippe dierum eſt 7253, hor. 13 ferè: quo intervallo Saturnus progreſſus eſt æquali motu gradibus 242, 42′, 5″. Ac videtur huic conjunctioni, minoris nomen tributum, quòd permutatio fiat ſignorum quidem, non autem triplicitatis, & naturæ. Peracto enim eo intervallo, recurſus fit ad ſignum ejuſdem triplicitatis.

Conjunctio magna, ſive trigonalis eſt, cum tranſitus fit ex ſigno in ſignum, altera tantum qualitate mutata periodo annorum fermè 200, comprehenſa, nimirum diebus 72535, hor. 10 ferè.

Conjunctio maxima ſive totalis, quando mutatio fit ex ſigno in ſignum, utraque qualitate mutata: ut cùm ex igneo in aqueum, periodo annorum paulo plus 704 definitâ, nimirum diebus 290141, hor. 16 ferè.

In his autem ♄ & ♃ conjunctionibus, Martis & Mercurii conſiderentur radii, & præſentia. Habent enim proprietatem quandam occultam in mutatione religionis, & politiæ. Quando igitur ♂, & ☿ cum ♄, & ♃ ſimul conjunguntur, aut eos conjunctos □, aut ☍ aſpiciunt, exſpectanda ſunt bella, tumultus, deſtructiones imperiorum, nova dominia, in religione hæreſes, peſtis, fames, & & ſimilia infortunia.

Quòd ſi autem Saturnum & Jovem conjunctos, Mars & Mercurius benigno intueantur aſpectu, ut △, aut ✶, domini regnorum & provinciarum omnes conatus ſuos, ad pacem & concordiam cum finitimis ſervandam dirigent, ac cogitabunt de legibus ſalutaribus in imperiis conſtituendis.

Chriſtum natum, maxima in ♈ trigoni ignei ſigno, ♂ præceſſit annis 6: quo dominante inſtitutus eſt pontificatus, & incrementum ſumpſit. Ma-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Mahometi verò regnum, & legem fovet trigonus aqueus. Mahometum enim exorientem præceſsit ☌ magna in ♒, anno à Chriſto nato 590. Dominante itaque tunc trigono aqueo, Mahometarum regnum maximum ſumpſiſſe incrementum, & eodem circa Chriſtianum 1385, recurrente, maxima damna Chriſtianis illata, hiſtoriæ docent.

Hoc tempore dominatur trigonus igneus, cujus dominium uſque in annum Chriſti 1782 durabit. Hinc Prognoſticon ſumunt Aſtrologi, de imperii Mahometici abolitione, & debilitatione, quod cùm fundatum ſit, & creverit dominante trigono aqueo, magnam illud accepturum eſſe cladem, in hoc trigono igneo augurantur.

Quemadmodum ego ante decennium in libro meo de annis climactericis, ubi de periodis Imperiorum agitur, clarè prædixi, ne ex eventu jam ratiocinari videar: Ubi hæc verba habentur, Turcarum & Venetorum Reſpublica periodum ſeptingentorum annorum ſuperavit, ſed jam contremiſcere videtur. Nam rota illa ſive providentia divina, quæ omnia regna mutat, in gyrum etiam illos ducet & ex ſummo in imum dejiciet.

In judiciis genethliacis hoc de trigono dominante obſervandum, quòd, qui plures habent poſitus Planetarum in ſignis trigoni dominantis, reliquis ſunt feliciores.

DE ÆSTU SIVE FLUXU *& refluxu maris.*

Ut hic de æſtu maris nonnulla dicerem, impulit me experientia, quæ teſtatur fluxum & refluxum Oceani noſtri Germanici Lunæ motum inprimis obſervare, ac quemadmodum Luna ſingulis diebus una ferè hora citius

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

aut tardius, prout ad Solem poſita eſt, ſupra Horizontem aſſurgit, ſic eandem Oceani regurgitationem ad ſingulos dies modo citius modo ſerius hora ferè integra incipi ac finiri.

Etſi autem variæ ſint eruditorum de hoc naturæ myſterio opiniones, ac Scaliger rem inenodabilem eſſe fateatur: Video tamen pleroſq; quos legi, ac eos quidem præcipuos Plinium, Lemnium, ac alios rerum naturalium ſtudioſos inquiſitores, cauſſam referre, alios quidem aliter, in Lunæ motum atque efficaciam.

Et quia Lemnius hac de re omnium eruditiſsimè diſſerit, ipſa ipſius verba adducere libuit, ex lib. 2. de Occ. Nat. mirac. cap. 41. Sunt autem iſta:

Lunam Oceani æſtus excitare, cauſſamque reciprocandi illi præbere, non eſt quod quis ambigat. Siquidem cùm perſpicimus, ſilenti, atque obſcura Luna eaque vel medio orbe diſſecta, vel in cornua falcata, ſive augeſcat aut minuatur, nullos propemodum fieri aquarum concurſus, quæcunque etiam littora alluit.

Rurſum ubi cum Sole congreditur, atq; innovari incipit, aut in orbem circumducta, plena conſpicitur, maximos excitari æſtus, fluctuſque attolli in immenſum, quis aliò quàm in Lunæ motum, fluxum, refluxumque Oceani referat? Ut enim Magnes ferrum allicit: Sic ſidus hoc terræ proximum mare attrahit, concitatque. Nam cùm Luna oritur, Oceanus circa illas plagas devolvitur, nempe orientales parteſq; occidentales deſerit. Quando verò ad occaſum vergit, in illis partibus crebreſcunt fluctus, in iis verò, quæ ad ortum ſpectant, detumeſcunt, idq; affluentius vel parciùs pro incremento defectuque lucis quam Lunares radii exhibent. Quòd ſi cui libeat in Oceano Gallico, noſtroque mari, quod ſe ad ſeptentrionem por-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

porrigit,locorum tractus ac ſpacia,oraſq; regionū metiri, & quos æſtus littora perferant, obſervare, luce clariùs perſpiciet,omnia Lunæ motu aſpectuq; perfici. Ubi enim hoc ſidus exoriens, diverſas plagas ac Climata colluſtrat, curſumq; ſuum per cœli meatus proſequitur, eó æſtũ fluxumq; è directo differri contingit, quò radios dirigit, & quas terrę partes, ac littora ex adverſo ſibi oppoſita reſpectat.

Ut enim Sol ex humenti gramine, humorem elicit, multumq; aquę vim ex mari,ſtagnis paludibuſq; abſorbet,unde pluviarum origo exiſtit: ut deniq; multæ herbæ, quæ hinc Heliotropia dicuntur, Solis vi,ac calore,qui humorẽ allicit, circumaguntur, ejuſq; iter ab ortu in occaſum,expanſis,patuliſq; floſculis comitantur: Ita Lunæ vi Oceanus modò in hoc,modò illud littus impellitur, eoq; ſe inclinat,atq; in illam oram decumbit,quò ſidus feratur. Ac paulò poſt deſcribit quomodo in Oceano Germanico,& Belgii locis maritimis hic æſtus ſeſe habeat. Subjungit .n. iſta: Quo die Luna nova conſpicitur, quæ ſemper occidenti incumbit,quòd eò Sol inclinet, cujus fulgore ſplendeſcere incipit,& quo plena efficitur,eodẽ æſtus excitari, diffundiq; obſervamus,portuſq; primùm vicinos ad certã altitudinem impleri, ac deinceps verſus orientẽ ad obvia quæq; loca deferri, ſic ut ſubſequentibusdiebus, hora una tardius ſegniuſq; Oceanus moveri incipiat,quod ſidus indies ab illo fiàt remotius, ac verſus meridiem, ortumque elatum,à Sole longiùs recedat. Et cùm ſex horarum ſpacio, verſus occaſum fertur,totidem horis refluit,ac ſubſidit uſq; dùm ſidus noſtrum conſpectum egreſſum, iis oriatur,qui adverſum nos urgent veſtigia: tum ſiquidem denuò exæſtuat. Cùm verò Luna mediæ noctis lineam attigerit,indeq; ad noſtrum hemiſphærium devenerit, rurſus in ſe fluctus reſidunt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Itaque obſervandi locorum ſitus, & ad quam cœli plagam ſpectent, metiendique regionum tractus, atque iis aſſurgentis, labentiſque ſideris curſus accommodandus: Hac enim ratione proclive admodum erit, cuique regioni fluxum, refluxumque aſsignare. Et huc uſque Lemnius.

Pandulphus autem Sphondratus Italus, ab hac recepta paſsim opinione, non modò diſsidet, verùm etiam ſolidis argumentis convellere eam conatur, iiſq; præcipuè, quæ ab experientia rerum petita, fidem certiſsimam merentur. Ea tamen adducere non eſt viſum, quod qui volet, ex libello ab ipſo edito petere facilè poterit. Veruntamen quid ipſe ſtatuat de maris hac reciprocatione operæ precium me facturum putavi, ſi paucis recenſerem.

Ea igitur ſententia eſt hujuſmodi, ut Sole perpetuo motu ſecundario ad raptum primi mobilis fertur circa terram ab ortu in occaſum, ut & tota reliqua mundi machina: ita omnia quoque maria motum hujus & quaſi raptum, cujus vi circumgyrantur, naturali quodam ordine ſequuntur. Cum enim Sol indeſinenter medium terræ globum illuſtret, & attrahendo imminuat partem humiditatis oppoſitæ, neceſſe eſt omnino, ut omnium marium quæcunque procedendo irradiat, ſit in parte non irradiata, & per ſe, & per acceſsionem fluminum major aquæ quantitas, quæ ut æqualiter undiquaque ad centrum premat & ubique ſit in æquilibrio conſtituta, cogitur ad partem à Sole exinanitam & ideo depreſsiorem accurrere & damnum datum reſarcire: quia verò damnum id per Solaris curſus ordinem datum eſt, omnino per eundem ordinem reſarciri idem fuit neceſſarium. Unde fit ut mare ſuo curſu ſtellarum decurſum ab æterno imitetur, καθ' ὅλου, ſecundum totum. Nam quo ad partes licet variis curſibus moveri videantur, ut eæ quæ in Oceanum

finiunt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

finiunt ut Perſicum, Erythræum, Adriaticum, Germanicum noſtrum ſeu polare: tamen totius naturam imitando viâ, quæ cuilibet facilior à natura fuit conceſſa, egreſſa ex oſtiis, eodem properant, quò properat totum ad primum cœli motum itinere per finem ultimum deſtinato.

Per hoc verò iter, quo ab ortu in occaſum fluunt, cum alicubi ob anguſtas fauces, qua eſt tranſeundem, impediantur nec ſimul tranſire poſsint æquè omnes, accidit hinc ut in fluxum & refluxum concitentur. Illas vero fauces nobis primus aperuit Magellanus Luſitanus maritimorum omnium audentiſsimus, qui periculoſa ac mirabili navigatione deprehendit nullam eſſe viam, qua mare univerſum orbem cœleſtis machinæ ductu circuiret præter unicas illas fauces juxta Peru provinciam, quas de ſuo nomine dictas Magellanicas, menſus eſt ultra Æquinoctialem 52 gr. diſtare, ac latitudinem, ubi minus, trium, Leucarum, ubi magis, ſex, longitudinem vero 110 Hiſpanicarum habere.

Iſthac igitur, cum per columnas Herculis, totum mare Mediterraneum, una cum Germanicorum, Britanniarum, Grunlandiæ, remotioribuſque Arctoi pelagi undis omnibus atque univerſo æquore, quod ab Inſulis Moluccis ad Taprobanam, Javas, Indiam, Perſiam & Arabiam, & Inſulam Madagaſcar, & demum ad caput Bonæ ſpei in cono Africæ ſitum, ſimul omnia devolvantur, ac nullum alium tranſitum habeant præterquam arctiſsimas iſtas Magellanicas fauces, per quas concitato curſu ad rapidi fluminis inſtar feruntur: Nequaquam fieri poteſt ut omnes tantorum Marium undæ per anguſtias illas uno agmine tranſire ſimul poſsint. Quare coguntur ex fuga contrariarum contra oppoſitas ex adverſo aquas ſequaces regurgitare: Et quia unda palpitatione, quam vocant,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

undam proximam impellit, neceſſario ad partes oppoſitas, quantumvis remotas ac retro jacentes æſtus concitatur major aut minor juxta oppoſitionis diſtantiam, & aquarum multitudinem, addo etiam viæ amplitudinem aut anguſtiam, qua ſingulis maribus tranſeundum eſt, donec ad Magellanicas illas fauces pertingant. Atq; hinc colligimus, maria, quæ longius verſus ortum à freto Magellanico ſunt exporrecta tum quoque paucioribus anfractibus obnoxia, ac nullâ vicinâ anguſtiâ inſigniter offenduntur, ab æſtu libera eſſe, aut eum non tam evidenter in oculos ac ſenſum incurrere: ac viciſsim ea quæ ad occaſum vergunt, quò propiùs eò magis ac liberius huic reciprocationi eſſe expoſita.

Huc uſque Sphondrati recitata ſit opinio.

Atque hæ ſunt præcipuæ duæ doctiſsimorum hominum de hoc naturæ miraculo, ac verè nodo Gordio ſententiæ, quas huc aſſcribere placuit, non quòd me arbitrum aut judicem interponam (quamvis, ut, quod res eſt, dicam, prior præ hac altera me capit, nec immeritò) ſed ut doctiſsimos quoſque ad nauticæ peritos ſeriò monerem, ut ſinguli ſuis in locis ac maribus, quæ accolunt, quanta poſſunt fide, ac induſtria obſervent, an fiat æſtus maris, quomodò fiat, hoc eſt, ad quantum aquarum incrementum, ac quando denique, ut ſic ex diligenti iſta fidarum obſervationum collatione, certa tandem aliqua ſententia communi doctorum ſuffragio conſtitui poſsit. Quam ad rem qui plurimum attulerit momenti, Rempublicam literariam, cujus magni intereſt abditas rerum naturalium cauſſas ſciri, plurimùm juverit, qua cura quid homine ingenuo dignius? quid commodis noſtris conſultius?

Cæterum non poſſum præterire, quin pro meo in patriam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

patriam amore, in naturam ſtudio, ſub finem narratiunculæ hujus, aliquid addam de æſtu, qui in Albi & quibuſdam aliis Cimbricis fluminibus, quæ in mari occidentali ſe exonerant, ſentitur.

Albis enim, Stora, Eidora, Treia, Hevera, Milda binos, ſingulis diebus æſtus patiuntur, ſenis quibuslibet horis aquarum incrementum, ſeniſque ſequentibus decrementum.

Nec tamen ad certam quandam horam, fluxum ſubindè fieri contingit, ſed quemadmodum Luna humorum mater, domina, ac motrix ſingulis diebus, integram ferè horam anticipat tardiori, aut concitatiori ſupra Horizontem noſtrum aſcenſu, pro ut ad Solem ſe convertit, aut ab eodem avertit, & in ſignis rectis vagatur, aut obliquis, Sic ne aliam temporis mutationem, aquarum incrementum obſervat. Quacunque enim diei hora Luna ſupra Horizontem noſtrum aſcendit, aquæ affluxus in ſummo jam eſt conſtitutus uſque dum à puncto ortivo diſcedens ad Meridianum properat. Tunc enim aquæ ſenſim iterum reſidunt, donec Meridianam lineam Luna occupat, ubi aquarum altitudo ſe quam maximè demittit.

Quamprimum autem ultra Meridianum ad occiduum cardinem cœli declivis fertur, aquæ iterato refluxu creſcunt, donec Luna occaſum ſubeunte ad ſummum jam aquæ adauctæ ſui augmenti ἀκμὴν ſive conſiſtentiam aſſequuntur. Inde porro ubi ex occidentis limite ad Meridianum ὑπόγειον (ſubterraneum) ſe Luna flectit aquarum refluxus ac diminutio denuo contingit, tam diu donec punctum illud imi cœli Luna aſſequatur. Ad hoc poſtquam delata eſt decrementi ſui terminum aqua ſimiliter attigit.

Ac ſedet æqualisq; ſuo fluit alveus amni:

Pun-

Punctum iſtud ubi Luna ſuparavit, ac ad ortum ſe vertit, unde ſuum denuo capiunt incrementum, donec (ut prius) Luna in Horoſcopo conſtituta aquæ ad ſummum excreverunt. Ad hunc modum ſeſe æſtus in fluminibus Cimbricis habet. In mari verò contrarium planè accidit. Nam ut maximus ibi eſt æſtus, Luna ſummum aut imum cœli occupante: Sic minima aquarum fit per æſtum commotio, imo nulla, ubi ortum aut occaſum Luna tenet. Atque ita perpetuum Lunæ curſum mirabilis hæc undarum reciprocatio obſervat, Verum ſtata hæc cum Luna oriente, occidente, ſuperius aut inferius cœlum mediante, fluxus ac refluxus tempora, intelligenda ſunt de aëre tranquillo & à turbinum ſævitia libero. Nam quotieſcunque vehementes ventorum flatus adverſi aut ſecundi fluminibus incumbunt, fit ut interdum velocius, interdum ſegnius, quàm Luna cardines attingit, æſtus conſpiciatur. His & illud addo, quod de aquarum, quas æſtus vehit revehitq; inæquali copia aut portione, à noſtris hominibus eſt obſervatum. Nam ſingulis interluniis aqua in tantam molem aſſurgit, ut longè ſolito altior ſit. Deinde verò ubi Luna à conjunctione diſcedens incrementum lucis facit tantum, ut ſeptimo die à conjunctione dimidiata appareat, quæ prima quadratura vocatur: A qua vice verſa decreſcit uſque dum ad idem primæ quadraturæ momentum decrementi ſui primam (ut ita dicam) ſtationem attingat. Porrò ſequentibus ſeptem diebus, quibus Luna à prima quadra ad oppoſitionem tendit, aquæ fluxus ſecundum augetur, donec ſub plenilunio, quo decimo quarto die à conjunctione contingit, pleno rurſum undique alveo & ad ſummam altitudinem aquæ fluant ac refluant. Præterea aliis ſeptem diebus, quibus Luna à conjunctione ad alteram quadram, lumine decre-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

decreſcens, vergit, aquæ iſtæ fluxus, ac refluxus iterum paulatim ſubſidunt, dum ad quadram iſtam, quæ vigeſimo primo plerunque à ſynodo die accidit, ventum eſt, ubi alteram ſtationem aquarum, decrementum aſſequitur, & minimum undarum fluxus fertque refertque. Denique ubi à quadra ultima ad conjunctionem Luna properat ſenſim aquæ rurſum eriguntur altius, donec ſub ipſam ſynodum extremam ſummitatem conſequuntur.

Sic igitur vides, mi Lector, quod bina exæſtuationis incrementa ac decrementa intra menſem ſynodicum in præcipuis Cherſoneſi Cimbricæ fluviis, qui in mare occidentale ſeu Oceanum Germanicum ſe exonerant, Albi, Stora, Eidora, Treia, Hevera, Milda contingunt.

Reliqua vero flumina, ut Travena, Wanderana, Sventina, Slia, &c. quæ in mare orientale ſeu Balthicum aquas ſuas effundunt, æſtum minimè patiuntur, ſed quieto ſubinde curſu, niſi ventis oppoſitis turbentur, in mare ſe devolvunt: Cum autem hæc flumina non procul diſtent, quod ad latitudinem, nempe per 10 aut 9 miliaria tantum: Et peninſula illa, ex qua hæc flumina defluunt in mare longitudine per 70 milliaria, aut paulò plùs, porrigatur.

Cæterum quid in Anglia, Britannia, Scotia, Islandia, Norwegia, Schania, Dania, & in reliquis regionibus, quæ ad mare occidentale & orientale ſitæ ſunt, accidat, mihi non eſt compertum: Ideoq; aliis qui iſthic loci habitant, indagandum relinquo.

HIS ADIUNCTÆ SUNT
duæ Figuræ nativitatis noſtræ:

Prima ſecundum tabulas Alphonſinas, cum ſuccinƈto judicio, ante 15 annos, nempe anno Chriſti 1578, à Doƈtiſsimo Viro D. Conrado Daſipodio Aſtrologo Argentinenſi edita:

Altera ſecundum calculum Prutenicum, cum nonnullis aliis tabulis ad illam pertinentibus.

HENRICUS RANZOVIUS, Vicarius Regius natus eſt in arce Steinborch in Holſatia, anno Chriſti 1526 die 11 Martii, hora 10, min. 31, ſecund. 26, die ☉, noƈte ♃ hora ☿.

	G.	M.		M.	S.
Longitudo loci	26	40.	Æquatio	M.	S.
Latitudo loci	54	44.	dierum	8.	5.


SOLIS.				LUNÆ.			
Declinat.	0.	21.	Sept.	Latitudo	4	14	Sept.
Aſcenſ. R.	0.	48.		Declinat.	1	30	Merid.
Diſtant. ab I.C.	22	9		Aſcenſ. R.	345	46	
Circulus poſs.	28	16		Diſt. ab I. C.	7	7	
Deſcenſ. oblig.	0.	58		Circ. Poſſ.	9	15	
				Diff. aſcenſ.	0	15	
				Deſcen. obl.	345.	31.	

FIGV-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

FIGVRA ROTVNDA.

Aſcenſ. M. C. T. 158. 39′. 30″.



Series directionum pertinentium ad morbos, pericula & vitæ longitudinem.

	In annis,	menſib.	diebus.
Solis ad Saturnum	7	5	0
Lunæ ad Saturnum	22	4	24
Solis ad Martem	24	8	0
Horoſcop: ad cor Scorpii	31	10	6
Lunæ ad Martem	36	10	6
Horoſcop: ad quadrat. Lunæ	43	0	0
Horoſcop. ad quadrat. Solis	60	3	6
Horoſcop. ad quadrat. Saturni	67	1	12
Horoſcop. ad quadrat. Martis	79	10	


Series directionum pertinentium ad bona fortunæ.

M. C. ad Trigonum Jovis	8	3	6
M. C. ad Trigonum Veneris	8	11	12
M. C. ad oppoſitum Saturni	29	0	24
M. C. ad Spicam Virginis	36	10	6
M. C. ad oppoſitum Martis	24	2	18
M. C. ad Sortem	50	8	12
Solis ad corpus Jovis	51	1	0
Solis ad corpus Veneris	53	3	0
M. C. ad luminoſiorem lancis	57	4	0
Vel juxta alios	58	2	0
Lunæ ad corpus Jovis	60	7	0
Lunæ ad corpus Veneris	61	7	0
M. C. ad oppoſitum Jovis	64	8	24
M. C. ad oppoſitum Veneris	65	2	18
M. C. ad cor Scorpii	81	2	24

Aſpe-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

ASPECTUS PLANETARUM AD CUSPIDES 12. domorum Cœli.



♂ in propria domo. ♀ in propria domo.
☌ benignus ♃ & ♀ fortunarum in domo propria ♀.
⚹ aſpectus ♀ & ♃ ad ☽ ex ſeptima cardinali domo in 4
⚹ aſpectus ♀ & ♃ ad ☿ ex ſeptima in quartam.
☌ ☿ & ☽ in quarta domo Cardinali.
Caput Draconis, & fidicula in ſecunda domo.
☌ Solis & ♄ in ♈ infortunata eſt.
Cætera omnia bona feliciaq; ſunt.

Directi & veloces ſunt omnes Planetæ, excepto Mercurio retrogardo.

Motus Solis eſt computatus in hac figura ſecundum tabulas Alphonſinas, ſecundum autem tabulas Prutenicas locus Solis 0. grad. 21. min. Arietis.

Omnes Planetæ ſunt in Planetarum exaltationibus, ergo honores ipſi promittuntur: & ſub terra excepta Venere, quæ & ipſa occidit, quod ingenii vires occultas deſignat.

Oppoſitio præcedens nativitatem cadit in 10 domum. Nam Luna fuit in 19 gradu piſcium ſupra terram, id ſignificat etiam honores.

Sol in exaltatione excellentes honores, atque dignitates largitur, & bona immobilia in quarta domo, cum Luna Mercurio, & bonis aſpectibus Jovis & Veneris donat, nec non natum regias ſtructuras erecturum ſignificat.

Duo Planetæ in propriis domibus faciunt illuſtrem ſplendidam ac celebrem fortunam, & in maxima vitæ parte, & in ſuis actionibus felicem, & fortunatum.

Mercurius in angulo dat alacritatem ingenii, literarum atque diſciplinarum ſtudium, inprimis verò mathematicarum & naturalium.

Conjunctio Mercurii & Lunæ, in quocunq; ſigno fiat,
ex-

excellentia facit ingenia, in quibus non tantum eſt indolis præſtantia, ſed & induſtria atque ſagacitas eximia, verùm retrogradus Mercurius actiones, non ingenia impedit.

Mars morborum ſignificator, calidas & ſiccas infirmitates corporis adfert, quas etiam expertus eſt.

Jupiter generalis ſignificator divitiarum in ſeptima, ex conjugio divitias durabiles per omne tempus vitæ largitur, præſertim cum ſit fortis, & fortunatus conjunctus Veneri in proprio ſigno.

Septima domus cum ſuis ſignificationibus benè conſtituta felicißimum dat conjugium, præſertim cùm benefici Planetæ in ſeptima exiſtentes ſint felices & potentes, nobilem, divitem & opulentam atque benè moratam conjugem promittunt.

Itinerum ſignificatores promittunt honorifica itinera ob res Joviales, taleſq; actiones, & ad perſonas, vel propter perſonas regias inſtitutas.

Mars in quinta domo cum Saturno in proprio ſigno, etſi in hoc loco hi ſolent negare filios, tamen cum Mars ſit dominus nativitatis aſcendentis, & quintæ domus in ſua triplicitate & termino fortis, dedit filios, & datos nonnullos ſervabit, eruntque potentes.

Nam Saturnus propter loci, h. e. quintæ domus præſtantiam nihil mali perpetrare poterit, in domo Martis, circumdatus à Sole, & Marte, quorum alter in exaltione, alter in domo ſua exiſtit: genuit cum uxore ſua ſeptem filios, & quinque filias.

Sed anno Chriſti 1582. mortuus eſt ei filius natu minimus Johannes 17 Octobris peſte. Nam Saturnus & Mars pervenerunt in annua ipſius revolutione denuò ad 5 domũ, & filius habuit, ♄ retrogradum in domo mortis in

Leone

Leone, in propria nativitate: ſicut illi quoque antea anno Chriſti 72. mortuus eſt filius Theodoricus. Mortua etiam ei filia eſt Catharina nupta Friderico ab Alefeld, tribus liberi relictis, 26 Martii anno Chriſti 87, hora nona matutina.

Eodem anno obiit etiam Fridericus filius ejus natu tertius in Galliis à Sicariis interfectus 29 Novemb.

Cajus obiit febri in complexu parentum, Bredenbergæ anno Domini 1591. menſis Aprilis die 20, cum vixiſſet annos 28, menſes 8, dies 11.

Diuturnam autem fore vitam HENrici RANzovii oſtendunt Jupiter & Venus in ſeptima, quæ plerumque deſignant ſenectutem.

Atque idem conſtat ex aſcendente, & Luna, quæ eſt Hylech, Deinde ex Almuthen geniture ſcilicet Marte: Et Lunæ ſigna ſunt humida, & ſatis humidi radicalis ſuppeditant ipſi: Dominus verò aſcendentis, & Almuthen ſcilicet Mars, & per ſe fervens eſt, & fervidum ſignum, domicilium proprium occupat, unde æquali menſura nativum calorem humido radicali proportionatum præbet, ita ut neque humoris redundantia calorem ſubito extinguat, neque conſumi ab ipſo poſsit. Habet etiam omnes Planetas ſub terra felices. Illi tamen anno climacterico 56 aſtra mortem minata erant. Aſcendentis enim profectio ejus anni pervenit ad octavam domum, & ad quadratum Solis, Saturni & Martis, & Lunæ, quæ eſt Hylech, ad oppoſitionem Solis, Saturni & Martis. Deinde directio aſcendentis contendit etiam ad quadratum Solis, quem tamen, ut à me ac ipſo prædictum fuerat, ſuperavit, ſed non ſine gravi morbo.

Et quanquam diu ſit victurus, tamen quantum ex ſignificatione Aſtrorum colligi poteſt, ominantur illa, Ranzovi

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

zovium morte mirabili, vel ſubitanea eſſe periturum. Nam ☉, ♄, & ♂ ſunt in ſigno violento, & cauda eſt in octava domo cum ſtella violenta Hercule. Quod ut Deus avertat, eique concedat, ut omnibus animi ſenſibus integris ſpiritum, unde accepit, reddat, ac in vera, ac pia nominis divini invocatione, ex hac vitæ colluvione ad æternam immortalitatem, feliciter emigret, ex animo precor.

Hæc prædictio conſecuta ferè fuiſſet eventum ſuum Anno Chriſti M. D. XCII. quando ſeptem Latrones conducti quatuor vicibus vitæ meæ inſidias bombardis ſtruxerunt: Cum tamen nemo ſe ex profeſſo hoſtem, mihi declaraverit. Sed Deus facinoroſorum iſtorum machinationes mirabiliter patefactas, clementer avertit: ita ut juſto Dei judicio, major iſtorum pars debito rotæ ſupplicio ſit affecta.

Quod cum ſceleratis iſtorum ſicariorum molitionibus fui expoſitus, eas tamen ſalvus, Dei benignitate, evaſi; Phyſicam ſive Aſtrologicam cauſſam hanc fuiſſe judico: Quòd pervenit iſto anno Directio Horoſcopi meæ geneſeos ad 5 gr. ♑, non procul à □ ♄ dextro: ♄ autem in ingreſſu annuo affligebat locum Directionis ex Diametro, nempe ex 5 gr. ♒, & erat cum Sirio, ac capite Draconis, vicinus □ ſuo ſiniſtro in nativitate & domo ejus octava. Quæ omnia ſignificabant violentiam & periculum ab igne & latronibus. Cui generalis cauſſa conſenſit, quod in navitate ☋ erat cum Hercule, qui graſſatores ſignificat.

Quòd autem hoc periculum fuit averſum cauſſam eſſe volunt Aſtrologi, ſiquidem in nativitate ♄ eſt combuſtus, & beneficæ ambæ (ut de ♀ & ☽ taceam) fortes, locum Directionis ex △ reſpexerunt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Huc accedit & illud, quòd profectio Aſcendentis eo anno pervenit ad locum Jovis & Veneris, quem in Radice nativitatis habent, nimirùm ad 15. gr. Tauri: Ac Jupiter & Venus profectione ſua eodem anno fuerunt in ſigno & gradu ferè Aſcendentis nativitatis, nempè circa 15 grad. Scorpii.

Hæc omnia fauſtum de averſione tanti periculi præſagium dabant: Unde etiam paulò pòſt nequiſsimi iſti ſicarii fuerunt capti ac debito ſupplicio affecti.

Pro-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Profectiones Hylegiarum Henrici RanZovii V. R.

Anni Chriſti labentis.												*Pro vita & eſſe corporis. id eſt accidentib. corporis* Aſce: vel Horo		*Pro habitudine animi cũ corpore & coniugio* ☽		*Pro potentia & honore* ☉		*Pro opere & magiſterio* Deci: vel M. C		*Pro ſubſtantia* ⊕	
1526	1538	1550	1562	1574	1586	1598	1610	1622	1643	1646	1656	Signa	Dom	Signa	Dom	Signa	Dom	Signa	Dom	Signa	Dom
1	3	5	7	9	1	3	5	7	9	1		♏	♂	♓	♃	♈	♂	♍	☿	♐	♃
2	4	6	8	50	2	4	6	8	110	2		♐	♃	♈	♂	♉	♀	♎	♀	♑	♄
3	5	7	9	1	3	5	7	9	1	3		♑	♄	♉	♀	♊	☿	♏	♂	♒	♄
4	6	8	40	2	4	6	8	100	2	4		♒	♄	♊	☿	♋	☽	♐	♃	♓	♃
5	7	9	1	3	5	7	9	1	3	5		♓	♃	♋	☽	♌	☉	♑	♄	♈	♂
6	8	20	2	4	6	8	90	2	4	6		♈	♂	♌	☉	♍	☿	♒	♄	♉	♀
7	9	1	3	5	7	9	1	3	5	7		♉	♀	♍	☿	♎	♀	♓	♃	♊	☿
8	30	2	4	6	8	80	2	4	6	8		♊	☿	♎	♀	♏	♂	♈	♂	♋	☽
9	1	3	5	7	9	1	3	5	7	9		♋	☽	♏	♂	♐	♃	♉	♀	♌	☉
10	2	4	6	8	70	2	4	6	8	130		♌	☉	♐	♃	♑	♄	♊	☿	♍	☿
1	3	5	7	9	1	3	5	7	9	1		♍	☿	♑	♄	♒	♄	♋	☽	♎	♀
2	4	6	8	60	2	4	6	8	120	2		♎	♀	♒	♄	♓	♃	♌	☉	♏	♂

Singula ſigna ſingulos annos diſponunt ac gubernant ſimul cum Planetis ſingulorum dominis, qui Domini anni dicuntur, & ſingulis peculiares ſunt.

Speculum Aſtronomicum nativitatis Henrici RanZovii ſecundum tabulas Alphonſinas, in quo domus cœleſtes, loca ſtellarum fixarum & errantium, planetarum item Antiſcia & aſpectus cum parte fortunæ ordine ponuntur.

Grad.	♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓	Min.
0	☉		✱	□	△		☍		à ☽ ad ☼ △	□	✱		27 52
1								à ☼ ad ☽					39
2													
3		✱ Ocu. Tauri							✱ Cor. Scorpii				
4													
5								✱ Cor. Gnoſ.					
6						X.						IV.	57
7	V. ♄		✱	□	△		XI. ☍		△	□	✱		0 34
8			□an. ♂	✱ ca- nis ma- ior		Ant. ♂			□an. ♂	✱ Lyra		☍an ♂	8
9													
10			VIII.						II.				0
11													
12													
13	☍an. ☽ ☍an. ☿	□ an ♀		□an. ☽ □an. ☿	Ant. ♀		Ant. ☽ Ant. ☿	□ an ♀		□ an ☽ □ an ☿	☍an. ♀		8 32 57
14		□an. ♃			Ant. ♃			□an. ♃			☍an. ♃		26
15		♃		✱	□	△		☍		△	□	✱	34

Reſi-

Reſiduum Speculi Aſtronomici hujus Nativitatis:

Grad	♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓	Min.
16		VII. ⚹ ⚹ ♀	⚹ aſelli □ □	△ △ ⚹	□	☍ ☍ △		I. △ △ ☍	□ □	⚹ ⚹ △	□	☿ ☽ ⚹	3 4 28 52
17			⚹ Ori- on.				⚹ Spica Virgi.						
18				☋						☊			30
19													
20				IX.						III.			16
21	♂	⚹ Cap. Med.	⚹	⚹ Ca- nis min □	△		☍		△	□	⚹		52
22			□ an. ♄			Ant. ♄			□ an. ♄			☍ an. ♄	26
23			⚹ Hũ dexc. Or.		⚹ Cor Leonis.								
24										⚹ A- quila.			
25													
26													
27	VI.						XII.						6
28													
29			□ ant ☉			Ant. ☉			□ ant. ☉			☍ ant. ☉	8
30													

Pro aſpectibus Planetarum, & qui radii in ſingulis domibus protinus dignoſcendis, ſolent Aſtrologi ſpeculum, ut nominant, conſtituere, cujus exemplar hic vides meæ nativitatis, ejus uſus eſt etiam in directionibus, nec non tranſitus Planetarum (qui effectus evidentes habent) ex eo colligi poſſunt.

Dicuntur autem tranſire loca Planetæ, non tantum cùm corpore in illis præſentes ſunt, ſed etiam cum aſpectibus ſuis, ſive beneficis, ſive inimicis loca iſta tangunt: Sunt autem tres tranſitus qui præcipuam vim, & authoritatem habent.

1. Planetarum ſingulorum ſuper gradum Horoſcopi.
2. Tranſitus Solis per loca ſingulorum Planetarum, atq; etiam medii cœli, partis fortunæ, & Horoſcopi.
3. Domini Horoſcopi per eadem loca.

Sol per motum ſuum proprium tranſit ſpacio unius anni per omnia nativitatis loca; Luna ſingulis menſibus, Saturnus 30 ferè annis, Jupiter 12 annis &c.

Si Planeta beneficus tranſiverit per talia loca, diſponit dies eorum, juxta ſui & loci naturam, per quem tranſit; ut Venus, ſi per curſum ſuum tranſiverit per Aſcendens radicis; tunc corpus benè ſe habebit, fiet natus alacer & promtus in operationibus ſuis.

Tranſitus autem mali per hæc eadem loca, diſponit dies eorum juxta ſui ac loci, per quem tranſit, naturam, ut: ſi Mars per Aſcendens tranſiverit, tunc corpus ſe malè habebit juxta naturam Martis, ut, tunc fiet iracundus &c.

Lunæ tranſitus per tres horas antè & pòſt in vigore eſt.

Sed aliorum Planetarum tranſitus per diem unum ante & poſt ſentiri poteſt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Tranſitus habent ſignificationes ſuas ſicut directiones & profectiones, ſed ſunt debilioris ſignificationis; quod benè notabis.

PTOLOMÆVS.

Tranſitus ſtellarum per præcipua loca geniturę vel augent intenduntq́;, vel relaxant ac minuunt Accidentia.

Antiſcia nativitatis propoſitæ.

	Signa	Gradus	Minu.	□	☍	□
♄	♍	22	26	♊	♓	♐
♃	♌	14	26	♉	♒	♋
♂	♍	8	8	♊	♓	♐
☉	♍	29	8	♊	♓	♐
♀	♌	13	8	♉	♒	♋
☿	♎	13	57	♋	♈	♑
☽	♎	13	32	♋	♈	♑

Dignitates Planetarum eſſentiales in 12 domiciliorum cuſpidibus inventæ.

Domus	Cuſpi.		Do.	exa't.		Tri.		Ter.	faci.
1	17	♋	♂		♂	♀	☽	☿	☉
2	11	♐	♃		♃	☉	♂	♃	☽
3	21	♑	♄	♂	♀	☽	♄	♀	☉
4	7	♓	♃	♀	♂	♀	☽	♀	♄
5	8	♈	♂	☉	♃	☉	♂	♀	♂
6	28	♈	♂	☉	♃	☉	♂	♄	♀
7	17	♓	♀	☽	♀	☽	♄	♃	☽
8	11	♊	☿		☿	♄	♄	♃	♂
9	21	♋	☽	♃	♂	♀	☽	♃	☽
10	7	♍	☿	☿	♀	☽	♄	☿	☉
11	8	♎	♀	♄	☿	♄	♃	☿	☽
12	28	♎	♀	♄	☿	♄	♃	♀	♃

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Dignitates Planetarum in locis Zodiaci, in quibus etiam tempore genituræ, inventæ ſunt.

Omnes Planetæ ſunt in Planetarum Exaltationibus, ergo honores deſignat.

Gr.	Dom	Exal.	Tripl.		Ter.	facies
♄ 8 ♈	♂	☉	♃	♂	♀	♂
♃ 16 ♉	♀	☽	♀	♄	♃	☽
♂ 23 ♈	♂	☉	♃	♂	♂	♀
☉ 1 ♈	♂	☉	♃	♂	♃	♂
♀ 17 ♉	♀	☽	♀	♄	♃	☽
☿ 17 ♓	♃	♀	♂	☽	☿	♃
☽ 17 ♓	♃	♀	♂	☽	☿	♃
○ 1 ♐	♃	☉	♃	♂	♃	☿

Dignitates Planetarum accidentales ita ſunt.

♄	♃	♂	♀	☿	☽
M	M	M	S	S	S
A	A	A	A	D	A
Occ.	Oc.	Oc.	Oc.	Or.	Oc.
Di-	recti	om	nes	Re-trog.	Tarda motu
Combuſtus	Salvi	acombu-	ſtio	ne	ingreditur cõbuſtionem.

Almuthen aut Dominus Figuræ meæ nativitatis ex quinq; Hylegialibus.

Gradus

Gradus		do.	Exal.	Trip.	Ter.	facies.
Horoſcop.	♏ 16	♂		♂ ☽	☿	☉
☉ Sol ♈	1	♂	☉	♃ ♂	♃	♂
☾ Luna ♓	16	♃	♀	♂ ☽	☿	♃
O Pars fort.	♏ 2	♂		♂ ☽	♂	♂
Oppoſ. præ. ♍	18	☿	☿	♀ ♄	♃	♀

Teſtimonia collecta ♄ 3. ♃. 13. ♂ 31. ☉ 5. ♀ 8. ☿ 13. ☽ 9.

Ergò ſecundum has dignitates, ♂ eſt dominus meæ nativitatis, cum habeat 31 dignitates, ut & ſecundum Firmici ac Pontani doctrinam & ſententiam, qui iſtum ponunt genituræ Dominum, qui eſt Dominus ſigni illius, quod Luna à nativitate proximè ingreditur: Quemadmodum in mea nativitate ☽ eſt in ♓, & eo ſigno exacto ſtatim ingreſſa eſt ♈, cujus Dominus eſt ♂.

Sequuntur reliquæ fortitudines ac debilitates Planetarum propoſitæ nativitatis.

♄ Cauſſa directi motus 4, quintæ domus 3, velocitatis curſu 2. Igitur 9 habet fortitudines. Debilitates, cauſsâ combuſtionis 5. Occidentalitatis 2, in caſu ſuo 4, peregrinitatis 5, habet ergò debilitates 16. Quare ♄ eſt debilis, & debiliter ſuas ſignificationes dabit & malignitas ejus minuitur.

♃ Ratione libertatis à combuſtione 5, directi motus 4, velocis curſus 2, receptionis ex exaltatione à Luna 4. poſitionis in ſeptima 4. conjunctionie cum ♀ 5, termini 2. in ſumma obtinet fortitudines 26. Duas tantum habet debilitates ratione occidentalitatis à Sole, igitur valdè fortis.

♂ Quod eſt liber à combuſtione 5. directi motus 4.

velocis curſus 2. receptionis ex exaltatione à Luna 4. poſitionis in ſeptima 4. conjunctionis cum ♀ 5, termini 2, in ſumma obtinet fortitudines 26. Duas tantũ habet debilitates ratione occidentalitatis à Sole, igitur valde fortis.

♂ Quod eſt liber à combuſtione 5, directi motus 4. velocis curſus 2, domicilii ſui 5, triplicitatis 3, termini 2, poſitionis in 5 domo 3. Obtinet fortitudines 24, & duas tantum debilitates, cauſsâ occidentalitatis. Ergò & ille etiam valde fortis.

☉ Sol habet fortitudines ratione exaltationis 4. Poſitionis in quarta 4. Triplicitatis 3. Habet fortitudines 11, & nullam debilitatem, quare fortiter ſuas operationes faciet.

♀ Venus ratione libertatis à combuſtione 5, directi motus 4, occidentalitatis 2, domicilii ſui 5, receptionis à Lunæ exaltationibus 4. Triplicitatis 3. Poſitionis in ſeptima 4, conjunctionis cum ♃ 5, habet fortitudines 32, debilitates tardi motus 2, in conjunctione capitis Algol 4, habet igitur 6. debilitates.

☿ Fortitudines ✶♃ & ♀ parti 6. Cauſsâ libertatis combuſtionis 5. Anguli imi cœli 4, igitur fortitudines habet 15. Debilitates ratione retrogradationis 5, orientalitatis 2, detrimenti 5, tardi curſus 2, caſus 4. Summa debilitatum 18. Ergo ☿ in mea nativitate magis eſt debilis quàm fortis.

☽ Luna propter receptionem ex exaltationibus cum ♀ 4, in ✶♃, & ♀ 6, propter ſuam triplicitatem 3. In angulo Septentrionali 4. Obtinet igitur Luna fortitudines 17. addendo rationes libertatis à combuſtione faciunt ſimul collecta 22. Debilitates habet ratione tardi motus 2, & diminuti luminis 2, Ergo debilitates habet 4.


☊ habet fortitudines ratione libertatis à combuſtione

à ra-

à radiis Solaribus 5, non invenio plures. Debilitates autem 5 ratione ſigni, poſitionis in duodecima domo 5, termini ♂ 2. Summa debilitatum 12. Quare pars fortunæ debilis eſt, ſed ejus dominus ♂ fortis.

Si autem ⊕ eadem ſumitur à ☽ in ☉, cadit in primam domum, & ſic erit fortis.

Altera figura hæc eſt computata ex canonibus Prutenicis à Clariſs. viro, Dn. Thoma Finckio Medico Doct:



Aſpectus Planetarum ad cuſpides duodecim domorum cœli & ad invicem ſupra ordine ſub quadrata figura annotati ſunt: Tu facilè ex ſequenti figura, tua induſtria colligere eoſdem potes,

SPECVLVM ASTROLOGICVM

aliâ formâ compoſitum.

	°	'	♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓
☉	0	21	☉		✱	□	△		☍		△	□	☆	
O à ☉ ad ☽	1	33		☍		△	□	✱		O à ☉ in ☽		✱	□	△
X	6	18		△	□	✱		X		✱	□	△		☍
IV	16	18		✱	□	△		☍		△	□	☆		IV
♄	6	26	♄		✱	□	△		☍		△	□	☆	
☿	6	31		✱	□	△		☍		△	□	☆		☿
XI	6	43	☍		△	□	✱		XI		✱	□	△	
V	6	44	V		✱	□	△		☍		△	□	☆	
II	9	47	△		☍		△	□	✱		II		☆	□
VIII	9	47	✱	VIII.			✱	□	△		☍		△	□
♃	14	55		♃		✱	□	△		♀		△	□	☆
I	15	29		☍		☍	□	✱		I		✱	□	△
VII	15	29		VII		✱	□	△		☍		△	□	☆
♀	16	8		♀		✱	□	△		☍		△	□	☆
☽	16	25		✱	□	△		♀		△	□	☆		☽
Opp. præc.	17	40		✱	□	△		♃		△	□	☆		Op.pr.
☊	18	36	□	△		♀		△	□	✱		☊		☆
☋	18	46	□	✱		☋		☆	□	□		☍		△
III	19	37	□	△		♀		△	□	✱		III		☆
IX	19	37	□	✱		XI		☆	□	△		△		△
♂	21	51	♂		✱	□	△		☍		△	□	☆	
XII	26	55	♃		△	□	✱		XII		☆	□	△	
VI	26	55	VI		✱	□	△		♃		△	□	☆	
O à ☽ ad ☉	29	25		☍		△	□	✱		☽ a ☽ ad ☉		☆	☍	△

Hujus ratio expeditior eſt, quàm ſi ſinguli Planetæ deorſum annotarentur, ut in ſuperiori factum eſt: Cùm ſæpe in eodem gradu plures ſint, ſæpè multi gradus omni hoſpite vacui. Ita in hoc exemplo in gradu ſexto ſunt M. C. ♄, ☿ cuſpis quintæ. Nunc ſi cupias aſpectus Planetarum ad cuſpidem M. cœli: tabula offeret columnam ſecundam deorſum ſub ♍: ubi occurrit ☍ ☿, △ ♃, ſin: △, ſin: ☍ ☽, △ ☊ dexter: ⚹ ☊ ſiniſter. Ita in columna Horoſcopi rurſum quidem offertur △ ☿ dexter, ☍ ♃, deorſum ☍ ♀: △ ☽ dexter, ⚹ ☊ dexter, △ ☋ ſiniſter. Et ſic in aliis.

TABULA DIVISORUM HOroſcopi pro præteritis proximè aliquot ac futuris etiam annis, hujus nativitatis, ſub Latit: 55. gr.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Anni Christi currentes.	*Anni æt. nat. curr.*	*Aſcenſ. obliq. Horoſcopi* Grad.	Min.	*Te.mini.* Grad.	Min	*Signa,*	*Diviſores*
1587	62	309.	4.	0. ♑	38.	♑	☿
1588	63	310.	4.	1.	34	♑	
1589	64	311.	4.	2.	30	♑	
1590	65	312.	4.	3.	28.	♑	
1591	66	313.	4.	4.	27.	♑	
1592	67	314.	4	5.	26.	♑	
1593	68	315.	4.	6.	27.	♑	
1594	69	316.	4.	7.	29.	♑	♃
1595	70	317.	4.	8.	31.	♑	
1596	71	318.	4.	9.	35.	♑	
1597	72	319.	4.	10.	40.	♑	
1598	73	320.	4.	11.	46.	♑	
1599	74	321.	4.	12.	54.	♑	
1600	75	322.	4.	14.	3.	♑	
1601	76	323.	4.	15.	14.	♑	
1602	77	324.	4.	16.	27.	♑	♀
1603	78	325.	4.	17.	41.	♑	
1604	79	326.	4.	18.	54	♑	
1605	80	327.	4.	20.	13.	♑	
1606	81	328.	4.	21.	32.	♑	♄
1607	82	329.	4.	22.	53.	♑	
1608	83	330.	4.	24.	17.	♑	♂
1609	84	331.	4.	25.	43.	♑	
1610	85	332.	4.	27.	10.	♑	
1611	86	333.	4.	28.	42.	♑	
1612	87	334.	4.	0. ♒	16	♒	☿
1613	88	335.	4.	1.	52	♒	

TA-

TABVLA PROFECTIONVM
generalis quibuslibet nativitatibus inſerviens.

Anni currentes.							♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓
1	13	25	37	49	61	73	♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓
2	14	26	38	50	62	74	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓	♈
3	15	27	39	51	63	75	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓	♈	♉
4	16	28	40	52	64	76	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓	♈	♉	♊
5	17	29	41	53	65	77	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓	♈	♉	♊	♋
6	18	30	42	54	66	78	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓	♈	♉	♊	♋	♌
7	19	31	43	55	67	79	♎	♏	♐	♑	♒	♓	♈	♉	♊	♋	♌	♍
8	20	32	44	56	68	80	♏	♐	♑	♒	♓	♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎
9	21	33	45	57	69	81	♐	♑	♒	♓	♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏
10	22	34	46	58	70	82	♑	♒	♓	♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐
11	23	35	47	59	71	83	♒	♓	♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑
12	24	36	48	60	72	84	♓	♈	♉	♊	♋	♌	♎	♍	♏	♐	♑	♒

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

VSVS.

Unumquodque ſignum unumquemq; annum diſponit, regit ac gubernat ſimul cum planeta Domino illius qui ſiquidem Planeta anni propoſiti Dominus nuncupatur. Cùm igitur inveniendum fuerit ſignum profectionis ad datum quemcunque annum, numerentur anni à nativitatis radice ad illum annum, ac ſimiliter numerentur ſigna ab aſcendente radicis ſecundum ſeriem ſignorum, & ubi numeratio terminabitur, illud erit progreſsionis ſignum, ac illius Dominus erit anni dati dominus: ut anno Domini 1593. ætatis meæ 67 eſt profectio aſcendentis ſignum ♉ cujus domina ♀. Anni dominus eſt tantummodò unius anni dominus, & ſua accidentia ſolummodò anno eo ſignificat. Diviſor autem per plures annos ſignificationes ſuas extendit ad finem uſque ſui termini.

Etſi autem in Tractatu meo Aſtrologico expeditam & facilem Methodum indicavi, qua annum, menſem, & diem eventuum profectionis inquirere poſsimus: Tamen huc Pauli Alexandrini modum propter brevitatem adjicere volui, qui talis eſt:

Quotcunque anni continuati fuerint à principio nativitatis, ii ab aſcendente ſigno digrediuntur, ita, ut primum annum demus natalitii temporis Horoſcopo: ſecundum ei ſigno, quod Horoſcopo ſuccedit: dein tertium tertio ab aſcendente ſigno, & ſic deinceps ſecundum ordinem ſignorum, donec duodenarium numerum compleveris. Poſteà rurſum decimum tertium annum domus ſigno aſcendenti, & ubi numerus defecerit, ibi annum dic eſſe, de quo eſt quæſtio.

Menſem veró ſimiliter inveſtiga, incipiens à ſigno, in quo annus deſiit, & dans ſequentibus ſignis quæſitũ menſium numerum: quò enim numerus evaſerit, ibi menſem etiam deprehendemus. Simi-

Similiter & diem ſupputando invenies, incipiens à ſigno, in quo menſis deſiit, & propoſitum dierum numerum ſimiliter diſtribuens in ſequentia ſigna, dans unicuique diem unum, donec duodenarius numerus ſit abſolutus: & rurſus à prioribus incipiens, numerumque complens. Ubi enim defecerit numerus, ibi dies quæſitus erit.

In hac nativitate ſunt conſideratione digna:

1. Quòd nativitas in æquinoctium vernum ferè incidit.
2. Quòd in hac nativitate omnes Planetæ ſunt ſub terra; Item, quòd occidentales omnes, præter ♀ & ☽; & directi omnes, & excepto ☿ retrogrado.
3. Quòd revolutio mundi quaternis anni eadem fermè eſt, cum figura Nativitatis, quòd ad domorum cuſpides attinet.
4. In revolutionibus annus nati & mundi plæriq; Planetæ, ut & caput & cauda, eundem locum in ſignis obtinent.
5. In Revolutionibus hujus Nativitatis Sol plerunq; eſt angularis, ut & fuit à principio ejuſdem Nativitatis.
6. Tres Planetæ ☼, ♄ & ♂ ſunt conſtituti in ♈, ſigno triplicitatis igneæ, quæ nunc dominatur: Unde conſenſus conſtitutionis generalis & ſpecialis complexionem juvat, vitam prorogat, vigorem præſtat, & efficaciam ſummam rebus gerendis affert, & addit.

Præſertim cùm nunc dominetur Trigonus igneus, introductus anno Chriſti 1583, per ☌ magnam ♄ & ♃, in cujus triplicitatis ſigno Arietis tres Planetas ☼, ♄ & ♂ poſitos habet, quæ omnia breviter ſequentibus verſibus comprehenduntur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

I. Natus eſt in æquinoctio verno, Sole gr. ♈ obtinente.

Aſpexit natus lucem, nox æqua diei
Cum fuerat fermè, florenti tempore veris.

II. In Revolutionibus mun[d]i & nati Planetæ eadem ferè ſigna & gr. occupant

Annua cumq́ redit partus Revolutio nati,
Quilibet in ſigno plerunq́ Planeta moratur,
In quo conſtiterat, vaſti Revolutio mundi
Cum fuit: ex qua re conſenſus noſcitur ipſe
Cœleſtis, quem nos juvat obſervare decenter.

III. Quaternis annis aſcendens Revolutionis congruit cum aſcendente Radicis, quoad ſignū

✝ IV. Sol in Revolutionibus nati ſemper incidit in angulum.

Sic etiam quartus quoties elabitur annus,
Congruit Aſcendens mundi ipſiusq́ figuræ
Natalis, ✝ Cunctis etiam Sol incidit annis
Cardinis in ſedem revoluti Thematis aptè.

‡ V. In triplicitate ignea, quæ nunc dominatur, tres Planetas poſitos habet, ♄, ♂ & ☉.

‡ Quin, quòd Saturnum. Martem, Solemque Planetas,
Phryxæo in ſigno, triplici virtute quod auctum eſt
Ignita, poſitos habet: id quod rebus agendis
Conducit, nato longam ſpondetq́ ſenectam.

PLA-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

PLANETARVM DIGNITATES *& eorum infortunia in propoſita nativitate ſic ſe habent.*

Luminaria in ſuis domiciliis non verſantur, nec ulli Planetæ ad luminaria divertuntur.

Mercurius non eſt in domicilio ſuo, nec quenquam reliquorum hoſpitio ſuo accepit.

Venus in propria domo eſt & inſuper Jovem ad ſe recepit.

Mars in propria domo, & hoſpites habet Solem & Saturnum.

Jupiter extra domicilium ſuum, eo tamen Lunam admiſit.

Saturnus eſt extra domum, ſed caput Draconis in ea exiſtit.

Sol eſt in ſua exaltatione, eoq; Saturnum & Martem advocatum habet.

Jupiter eſt in exaltatione Lunari.

Mercurius & Luna in Veneris altitudine.

Venus viciſsim in Lunari.

Sol in ſua triplicitate.

Venus in ſua triplicitate.

Sunt luminaria extra ſua detrimenta, ſic etiam reliqui Planetæ, ſolus Mercurius in illud incidit.

Saturnus & Mercurius ſunt in ſuo caſu.

Saturnus Jupiter & Mercurius ſunt peregrini.

Anno ætatis 62, aſcendens pervenit ad □ ☉, ſub diviſore Mercurio & durat hic aſpectus uſq; ad annum 68, vbi □ ♄, ipſum excipit ſub diviſore Jove.

IN GENETHLIACUM NOBILISSIMI ET STRENUI VIRI DOMINI HENRICI RANZOVII, SERENISSIMI Regis Daniæ, in Holſatia, &c. Præfecti, Domini in Bredenberg, RanZovisholm, RanZou:

PANEGYRICON

In quo maximè memorabilia Thematis iſtius Natalicii ſuccinctè recenſentur

Per

MICHAELEM CLENOVIUM Paſtorem Schonefeldicum.

ETſi me aſsiduis confectum Eccleſia curis,
Sevocat à doctis, docta cum Pallade, Muſis,
Nec patitur dulces Muſarum exponere fœtus:
Si tamen interdum per Phœbum aſcendere collem,
Et liceat ſacros inter requieſcere vates,
Vtcunq; incipio tenui pede claudere verſus,
Et, quamvis leviter, cœptum decurrere munus:

Ergò, Dive, Senex, Ranzovi, ampliſsime Præſes,
Qui patriam meritis, & mundum nomine comples,
Ordiar unde tuas laudes æquare canendo?
Quà venâ? numerisvè quibus? Tibi gloria creſcit
Immenſa, & latis per mundum diditur alis.

Felix

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Felix illa dies, & feliciſsimus annus
Qui tibi Natalem felicibus attulit aſtris,
Et meritò, Siquidem quando nox æqua diei eſt,
Binaq; Phryxææ pecudis Sol cornua prendit,
Æquales præſtans & luci & noctibus horas,
Natus es, & puri cepiſti luminis auras.

I. Natus eſt in æquinoctio verno, Sole gr. ♈ obtinente.

Hinc, qui diverſis percurrunt motibus orbes,
Atq; alias vincunt ſtellas fulgore, Planetæ
Vt poſiti in vaſti revoluto Themate mundi,
Per duodena viam cum Sol legit aureus aſtra,
Sic plerunq; locis omnes verſantur in iſtis,
Quando tuum roſeis natalem Aurora quadrigis
Rettulit, ô Patriæ pater, & ſpes magna Juventæ:
Quæ res cæleſtem conſenſum denotat, atque
In vitâ faciles actus, tranquillaq; fata,
Nec non perdoctæ monumenta perennia mentis.

II. In Revolutionibus mundi & nati Planetæ eadem ferè ſigna & grad. occupant.

Et non prætereo, quòd quarto quolibet anno
Aſcendens mundi (cum totus vertitur orbis,
Et Sol Zodiacum emenſus plenum efficit annum.)
Aſcendensq; tui Natalis, partibus æquis
Conveniant, ſimiliq; ſimul compagine currant.

III. Quaternis annis aſcendens Revolutionis congruit cum aſcendente Radicis, quoad ſignũ

IV.
Sol in Revolutionibus Nativitatis ſemper incidit in angulum.

Nec minus hæc vitæ eſt niveis ſignanda lapillis
Proſperitas, vir ſumme, tuæ, quod quolibet anno
In ſe contineat natalis; originis orbem
Angulus auguſto rutilantis lumine Solis.
Nominis unde decus magnum, & virtutis honores
Colligis, immenſum famâ ſuper aëra notus.

V.
In Arietis ſigno Triplicitatis igneæ 3. Planetas poſitos habet ♄ ♂ & ☼. Ea Triplicitas nunc dominatur.

Adde quod in ſigno, quod certo nomine ſignat
Ignea triplicitas, poſitos in cardine vitæ,
Natalisq; tui, cernis cum Sole Planetas
Saturnum & Martem: propria qui ſede locati
Sæpè ſuâ, anticipant radiis accendere cœlum
Hæc ea triplicitas, communi hoc tempore floret
Maximè & in cœlis multò ſe ſemine miſcet.
Fallor? an aſtrorum hic poſitus occaſus & ortus
Dignum laude virum rebus deſignat agendis?
Conſilioq; gravem, & multâ virtute coruſcum?
Eſt ita: nec toti Deus hæc veſtigia fruſtrà
Naturæ impreßit, quæ vult reverenter haberi.
Cui ſtirps Ranzovidum tercentum antiquior annis
Felix divitiis, & fortunata duellis
Non nota eſt? Tua quis præſtantia neſciat acta
Summe vir, & magnâ ſuperatos mole labores?
Quis pia facta canat? Quæ non comprendere verſu

Com-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Compoſito, aut ullus potis eſt evolvere lingua.
Quæ tua ſit pietas, quæ vis in rebus agendis,
Quod vitæ innocuæ ſpecimen, ſine labe peracti
Teſtantur mores & mens non indiga laudum.
Te nemo candore prior, nec juſtior alter
Conſiliis: populi pavitant tua geſta per orbem,
Et genus antiquum & meritos virtutis honores.
Sis felix, hominumq́ leva pietate labores,
Quem fore felicem natalia ſidera ſpondent,
Cuiq́ dies multos promittunt, ſecula multa.
Secula nec vivas tantum, quot ſidera ſpondent,
Sed quos gratantur tibi millia multa clientes.

HENRICUS RANZOVIUS
de ſe ipſo.

ILle ego, Ranzovidum qui ſanguine natus equeſtri,
Non indigna meâ nomina gente fero.
Non mihi deſidiæ molles & inertia cordi.
Dum vixi, ſtudio nec mihi luſus erat.
Nulla voluptati do tempora, pauca quieti,
Sic perpes vigilem tela laboris agit,
Nam patriæ Regis mihi nomine cura regundæ
Incumbit, capiti multùm oneroſa meo.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Et ſi nonnunquam fit reſpirare poteſtas,
A curâ, officii quam grave gignit onus:
Sedulus evolvo veterum monimenta Sophorum,
Non ſine fæcundâ lectio fruge perit.
Quippe itidem ingenii aſſueſco componere fœtus,
Et ſcriptis animi prodere ſenſa mei.
Sic diſco, doceoq́;, redit labor actus in orbem,
Sic nec mens, corpus dum vacat, ipſa vacat.
Præterea firmum ſummi mihi grator amorem
Numinis, indicio quem probat uſq́; bono,
Me multa exercent perplexa negocia, multa
Incidit officio cauſa gerenda meo.
Attamen optatum, fido duce Numine, finem
Res, quæ principio dura videtur, habet.
Sic, triſtes inter caſus hoſteſq́; furentes,
Præſentem video ſemper adeſſe Deum
Iſte meos greſſus, vitâ qui rexit in omni,
Nunc quoq́;, dum venit cana ſenecta, regat.
Jamq́; ferè emenſus curſum, quem fata dedêre,
Emeriti geſto militis arma rudem,
Perveni ad ſenium, ſpacium vitale peregi,
Et manibus teneo, pro pugione librum.

Acce-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Accelerat lethum, robur mihi frangitur, auras
Paulatim in tenues ſpiritus æger abit.
Nec me jam Martis, verùm meditatio Mortis
Sollicitat, quâ nil certius eſſe poteſt.
Et quia plus fellis, quàm mellis, vita propinat,
Pertæſus vitæ ſum ſatur ipſe meæ.
Sat mihi, ſat laudi, charis vixi ſat amicis,
Mors mihi ſperati muneris inſtar erit.
Ergò fama vale, ſpes & fortuna valete,
Tu quoq; Rex clemens, patria, ſtemma vale.
Chriſte, tibi vixi, moriar tibi norma fuiſti
Tu vitæ, mortis tu quoq; norma meæ,
Lenis ades, ſcelerum veniam concede precanti,
Et clemens animæ vincula ſolve meæ.
Solve, precor, ſervum, & lætâ tranſponito ſede,
Sede datur merito quam tenuiſſe tuo.
Munde vale: è pleno ærumnis ingentibus orbe,
Lætus eo; ad cœli gaudia: Munde vale.

DE FATO.

QVòd veteres fatum tribuêre micantibus aſtris,
Ordine conſtabat, tempore, lege ſimul.
Lex erat exemplar fatiq; ſevera voluntas,
Ordo ſequebatur, tempora legis erant.

Quatuor his totum complexi ſortibus orbem
Dixerunt Indi, legitimiq; Sophi.
Sic tamen ut rerum cauſas, fatiq; miniſtros
Mens divina ſuo flecteret arbitrio;
Vt poßit firmas, quas ponunt ſidera, leges
Effugere & cœlum fallere mente piâ.

Horti Bredenbergenſis leges ſub perſonâ Jani bifrontis.

Ranzovianum hortum, qui animi aut voluptatis cauſſâ inviſeritis, haſce leges ante omnia omnes capeſſunto.

Anticam modeſtè ingrediuntor:
Quò vis quiſq; ambulanto:
Quæ vis quiſq; perluſtranto:
At at, hoc dico & edico seriò:
Hoc moneo & admoneo ſeduló:
In viridario ſcapum ne confringunto:
Flores ne decerpunto:
Semen fructumve ne auferunto:
Radices ne effodiuntor:
Stirpem puſillam ne attrectanto:
Areolas ne conculcanto:
Ac, ut verbo dicam multa; ne hilum attingunto:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Qui ſecus faxint, & furaces manus ad tactum
& raptum extulerint, id eſt,
Partem aliquam clepſerint, rapſerint,
Inconſulto hortulano noſtro,
Aut verberibus multantor,
Aut prorſus relegantor,
Ad fuſtitudinas, ferricrepinas inſulas,
Vbi vivos homines mortui incurſant boves.
Ollis verò qui florum, frondium, pomorum &
fructuum aliquid petierint,
Pro cujuſq; perſonâ, pro rerum copiâ,
Pro anni tempore, hortulani largiuntor.
Ardeliones, ſcurræ, frugiperdæ, lurcones.
procul arcentor:
Servorum importunorum greges excluduntor;
Si quos tamen miniſterii cauſſâ voluerint,
modeſtos introducunto.
Alveolis, latrunculis, talis, qui ſe delectare maluerint,
modò fiat modicè, nemini vitio dator.
Qui noluerint, conis in Sphæriſterio ludunto,
Sed hoc citra languorem, cis ſudorem illud.

Atqui hîc, ne baptizatos baptizet Neptunus dennò, cavento:

Deſuper pluit, & ex inſperato, cavento.

His actis Deo triuni gratias agunto, vitamq; & ſalutem Henrico Ranzovio, ejuſdemq; familiæ univerſæ precantor.

Ac ſic plurimum avento, longùm valento.

EPIGRAMMA.

Solo dante Deo, cujus benedictio ditat.
Fertilis omnigenis fructibus hortus erit.

Priapus horti cuſtos.

Hunc meus in medium Dominus me condidit hortum,
Terrorem ut tacitis furibus incuterem.
At tu, quis metuet ſimulacrum immobile, dices?
An dubitas? aures arrige, pauca loquar.
Conſcia mens ſcelerum levibus terretur ab umbris, „
Conſcia mens recti fulmina nulla timet. „

Idem ad fures.

Quiſquis in hæc furtim reptas viridaria noſtra,
Tangere furaci poma, caveto, manu.
Si non obſequeris, faxit Deus omne, quod opto,
Cum malis noſtris, ut mala cuncta feras.

Inſcriptio arcis RANZOW.

Quiſ-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

QUiſquis es, parùm ſubſiſte, & quod ſcriptum eſt perlege, ubi perlegeris perpende:

Ad præſens caſtrum emendum duplex me movit ratio,
Et quòd commune cum ſtirpe Ranzovianâ nomen haberet,
Et quòd per aliquot centum annos à Ranzoviis inhabitatum eſſet.

An non benè de familiâ merui?

Optume, viator optume.

Homines enim nobiles & in dignitate conſtituti admodum anxii & ſolliciti ſunt, ne principalis eorum domus extra ſuam familiam alienetur.

Ad reædificandum verò & exornandum caſtrum hoc, longum illud tempus, quo non ero, magis me movit, quam exiguum vitæ meæ.

An non benè de familiâ merui?

Optume, viator optume.

Mihi ſtruxerunt alii, grandævus ego gratæ poſteritati.
Verum, cùm placere cunctis operoſum,
Adſit quiſquis amicus: abſit momus, abſit momus:
Abſit Ate Ate à me: nobiſcum Litæ:
His abi, & ſis, ſis: & nos, nos.
(ſis, id eſt, ſi vis, ſis tuus,
& nos) linque nos.

Epigramma in arcem Ranzou.

HÆc domus eſt domuum forſan poſtrema mearum.
Inſtat enim vitæ jam propè meta meæ.
Hoc opus, eſt operum poſtremum fortè meorum,
Sentio enim gelidam non procul eſſe necem.
Quare trado manum, mortalia cuncta valete,
Cumq; meis domibus patria terra vale.
Ædificent poſthac alii. quibus integer ætas
Mî domus in celſo eſt ædificanda polo

Propter elegantiam tum ipſorum verſuum tum vivendi quæ continent præceptorum hic ſubjicere placuit.

FIde Deo, diffide tibi, fac propria, caſtas
Funde preces, paucis utere, magna fuge.
Multa audi, dic pauca, tace abdita, ſcito minori
Parcere, majori cedere, ferre parem.
Tolle moras, mirare nihil, contemne caduca
Diſce pati & Chriſto vivere, diſce mori.

Nathan Chytræus.

Epigramma Johannis Stigelii non multum ab Henrici Ranzovii emblemate ſub initium hujus libri poſito diſſentiens:

E Micat ex ipſis divina potentia terris,
Et levis eſt ceſpes, qui probet eſſe Deum,
Quin ſegetes animæ decus immortale loquuntur.
Quæ vivunt exangui corpore germen agunt.
Sicca ſub inverſas conduntur ſemina glebas,
In quibus effectus dixeris eſſe nihil:
Hæc tamen arcano ſurgunt creſcentia motu,
Et robur tacitis viribus aucta gerunt.
Sic quoq; noſtra cavis illata cadavera tumbis
Accipiunt vivum glorificata decus.
Merſa prius letho, mox vero inſignia vitæ,
Ante Deum, æternæ tempora lucis agent.

Romæ in templo S. Crucis in Hieruſalem legitur ſequens diſtichon.

V Ita prior mortem, ſed mors tibi vita ſecundam
Vitam, quæ nunquam eſt interitura dabit.

Aliud.

T Erminus humanæ vitæ eſt mors, mortis at hora
Reſtituit vitam, nil nocet ergo, novam.

Re-

Regula de Communi rerum civilium curſu, multis nunc uſitata.

Vita hominum ſcena eſt, luſusq́; aut ludere diſcas,
Sepoſitis curis, aut miſeranda fames.

Alia.

Sicut it, ire ſinas, quia ſic vult, ſicut it, ire,
Sic eat, ivit uti, nunc ſicut it, ivit, & ibit.

Omnia mutantur.
Ovidius lib. 15. Metamorph.

VIdi ego quod fuerat quondam ſolidiſſima tellus
Eſſe fretum, vidi factas ex æquore terras,
Et procul è pelago conchæ jacuêre marinæ,
Et vetus inventa eſt in montibus anchora ſummis
Quodq́; fuit campus, vallem decurſus aquarum
Fecit, & eluvie mons eſt deductus in æquor
Eq́; paludoſo ſiccis humus aret arenis
Quæq́; ſitim tulerant, ſtagnata paludibus hument.

In eandem ſententiam Pontanus cap. 48 Meteororum.

SEd nec perpetuæ ſedes ſunt fontibus ullæ
Æterni aut manant curſus: mutantur in ævum
Singula, & inceptum alternat natura tenorem
Quodq́; dies antiqua tulit, poſt auferet ipſa.

Ranzovicæ Clypeus referens Inſignia Gentis.

Quod candore animi, rebus quód fortiter actis
Ranzoviæ claret magna propago domus:
Illius meruit virtus inſignia, vitæ
Quæ cum laude notas integritatis habent.
Candorem niveus, memorabile cornua robur,
Militiaq; ruber dat monumenta color:
Ut fuit in primâ ſimplex ætate vetuſtas,
Plurima ſic docuit ſimplicitate brevi.

Johan. Lauterbachius P. C.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Errata Typographica in Calendario commiſſa.

P. paginam L. lineam denotat, in qua errata inveniuntur.

	Pro.	*Legatur*
P. 12. L. 11.	olentes potius	olentes duras potius.
P. 15. L. 10.	Germinat October	Seminat October.
P. 18. L. 8.	erant partem	erant cœli partem.
P. 21. L. 19.	Fiſcus	Viſcus.
P. 25. L. 5.	Suſtentantur	Suſtentantur. Unde prudentiſsima vocatur à poëtis. Politianus in Ruſtico: *Mox ubi jam ſapiens cœpit frondeſcere Morus.*
P. 26. L. 5.	Fiſcus	Viſcus.
Ibidem L. 7.	Fiſco	Viſco.
P. 29. L. 18.	aut aliis montibus	aut altis montibus.
P. 44. L. 17.	ejus inquinetur	eis in quimatu.
P. 46. L. 1.	annates	anates.
Ibidem L. 26.	matutinam	matutinum.
P. 56. L. 6.	Sulmo	Salmo
P. 71. L. 6.	fiſco	viſco.
P. 74. L. 16.	Diæta	Diætam.
P. 90 L. 14.	quorum	quarum.
P. 91. L. ult.	vitium, exudat	vitium, atq́; exudat.
P. 92. L. 15.	Venus	Venis.
P. 94. L. 2.	Sptember	October.
Ibidem	Septimus 2	Octavus 2.
P. 95. L. 21.	conjectari	conjectare.
P. 100 L. 8.	cerco	Aëreo.
Ibidem L. 10.	Brumæ	Brumæq́;.
P. 101. L. 2.	bis	his

	Pro.	*Legat.*
P. 112. L. 6.	ſruticem	fruticum.
Ibidem L. 7.	conſtratum	conſtratam.
P. 141. L. 8.	De Autumno. Autumnus.	De Autumno. *Muſta dat & morbos Autumnus, ſiccat & alget.* Autumnus.
P. 144. L. 3.	tributus	diſtributus.
P. 150. L. 18.	tribuitur	diſtribuitur.
P. 152. L. 3.	Brevis & omni	Brevis atq; omni.
P. 158. L. 16.	labefactatat	labefactat.
P. 159. L. 18.	noctis	noctis tertiam.
P. 183. L. 26.	rarione	ratione.
P. 187. L. ult.	Calandario	Calendario.
P. 213. L. 13.	capite	capiti.
P. 216. L. 32.	hæbet	habet.
Ibidem L. 34.	Veuatu invigulat.	Venatu invigilat.
P. 220. L. 32.	anne	amne.
P. 221. L. 10.	profectæ	provectæ.
P. 401. L. 9.	locis	lucis.
P. 404. .12.	naturem	naturam.
Ibidem L. 16.	proppria	propria.
P. 405. L. 3.	rancediuem	raucedinem.
Ibidem L. 7.	labides	lapides.
Ibidem L. 25.	b.neficia	beneficia.
P. 406. L. 1.	piſcatores, legatos nuncios, vagabundos	piſcatores vagabundos.
P. 436. L. 1.	Electibus	Electionibus.
P. 472. L. 1.	hæa	hæc.
P. 495. L 3.	mari occidentali	mare occidentale.

Hoc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Hoc etiam te, Lector, admonitum volumus, in longitudinibus ſtellarum fixarum fol. 342 & 343 ab Amanuente erratum eſſe commiſſum, qui aliam Tabulam deſcripſit, quam quæ ad præſens tempus quadraret. Ut autem errorem facile reſtituere poſsis, longitudinibus ſingularum ſtellarum adde 22 ſcrupula, & habebis vera loca ſtellarum ad præſens tempus juxta Copernici calculum verificata.


HAMBURGI

Excudebat Erneſtus Jandechius.

A. C. M. D. LXXXXIV.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Figura Francisci Joëlis. Medic. D. et Archiatri Wolgastani:
Progressio fit à quolibet latere, per 1. Diem, 16. Horas et
59. minuta. Et sic per 27. Dies, et quadrantem unius
diei, totus Zodiacus, a Luna, videlicet per mensem Peri-
odicum completur. V: Garcaeum Tract: 1. de Tempore
Canone 38.



Videtur Chalcographus hanc figuram, per errorem invertisse:
Nisi forte per ordinem scripturae, et numerorum successionem,
auctor sciens volensque, è dextris sinistra fieri, et ita
pingi voluit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

BIBLIOTHECA REGIA · HAFNIENSIS ·

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 207 [19,-167 4°]